nerem pinxit Nealces 35, 142. Venerem inter Gratias et Cupidines pinxit Nearchus 35, 141. Venerem in Octaviae operibus Romae sculpsit Phidias 36, 15. Venerem sculpsit Philiscus 36, 35. Venerem lavantem se, item aliam stantem sculpsit Polycharmus 36, 35. Venerem sculpsit Praxiteles vendiditque Cnidiis, quos ob eam multi adierunt, Cnidii autem Nicomedi regi vendere noluerunt 36, 20 seq. eius amore captus quidam simulacro nocta cohaesit eiusque cupiditatis index est macula 36, 21 coll. 36, 23. aedicula eius qualis fuerit 36, 21. Veneris Cnidiae, operis Praxitelii, vesanus amor iuvenis cuiusdam et aestumatio Nicomedis regis 7, 127. Venerem velatam Praxiteles sculpsit Cois 36, 20. Venerem, quae aedis incendio cremata est Claudii principatu, Praxiteles ex aere fecit marmoreae illi suae parem 34, 60. Venerem quae Samothrace colitur cum Potho sculpsit Scopas 36, 25. Venerem nudam sculpsit Scopas ante Praxitelem 36, 26. Veneris tabulam a Cyzicenis mercatus est Agrippa 34, 26. Venerem incerti sculptoris Vespasianus inperator in operibus Pacis suae dicavit 36, 27. in Veneris tutela horti 19, 50. Veneri myrtus dicata 12, 3 et 15, 120. Veneris labrum dicitur herba, in qua vermiculus invenitur qui cavis dentium prodest, item urucas de brassica pellit 30, 24 coll. 25, 171. Veneris pecten quae dicitur herba qualis sit et quem usum habeat in medicina 24, 175. Veneris crinis quae dicitur gemma qualis sit 37, 184. Veneris gena („Aphrodites blepharon" Elench.), amethysti genus 37, 123. Veneri dicatum Timaridis reginae carmen in panerota gemmam 37, 178. Veneris sidus ab aliis vocatur Iunonis vel Isidis vel Matris deum 2, 37. Veneris sidus alterno meatu vagum ipsisque cognominibus aemulum solis ac lunae, et lucifer et vesper appellatur 2, 36. eius naturam primus Pythagoras deprehendit 2, 37. magnitudine excellit eiusque radii umbras reddunt 2, 37. Veneris sideri quae peculiaria sint 2, 40 et 72 seqq. Veneris sidus diebus LXIX aut cum minumum LII in caelo non conparet 2, 78. Veneris stella quando occultetur et exoriatur 2, 61. Veneris stellae stationes duae 2, 61. Veneris stellae apsis qualis sit 2, 72 seq. Veneris stellae apsis a suo centro altissima in piscium XVII parte 2, 65. Veneris stellae in sagittario apsis a terrae centro altissima 2, 64. Veneris stella signiferum binis partibus excedit 2, 66. Veneris sidus signiferi ambitum peragit diebus CCCXLVIII a sole numquam absistens partibus XLVI longius 2, 38. inter Veneris sidus et solem, item inter Veneris et Mercurii sidera intervallum quantum sit secundum Pythagoram 2, 84. Veneris sidus genitali rore terram conspergit et terrae atque animantium conceptus inplet et stimulat 2, 38. eius natura cuncta in terris generantur 2, 38. Veneris sideris exortus faustissimus melli 11, 37. Veneris lacus Hierapoli Syriae, in quo pisces aedituorum vocibus parent vocati 32, 17. Veneris oppidum in Aegypto 5, 60, item aliud ibidem eiusdem nominis 5, 61. Veneris promontorium et oppidum in Cilicia 5, 92. Venerem palatinam cur M. Brutus in iurgiis appellaverit L. Crassum oratorem 36, 7. — cf. *Venerius*.

VENERE omni abdicata sine ulla femina vivont Esseni 5, 73. ante veneris usum in nullo homine capillorum defluvium 11, 131. venere abundantibus palpebrae defluunt 11, 155. venerem cur Democritus damnaverit

28, 58. veneris raritas utilior 28, 58. eius usus quam utilitatem corpori habeat 28, 58. venere fatigato corpori succurrit anthriscum 22, 81, item iasione 22, 82. veneri offensanti datur siser 20, 35. venerem stimulat cynosorchis herbae radix inferior, cohibet superior 27, 65. venerem excitat orchidis radix maior, inhibet minor 26, 95. venerem mox stimulat, mox inhibet stellionis cinis 30, 143. venerem stimulat alium 20, 57, anesum 20, 195, apocynon 32, 52, aprunum fel, item asininum sebum, asini testis dexter, asini a coitu spuma 28, 261, item asini genitale 28, 262, asparagi 20, 109, asphodelus 22, 71, bulbi Megarici 20, 105, bupleuron 22, 78. venerem concitant coclearum fluviatilium carnes 32, 139, item columbae ovorum lutea 30, 141. veneris causa bibitur corruda 20, 110. veneris adpetentiam facit crethmos agrios 26, 94. venerem stimulant crocodili dentes 28, 107 coll. 32, 139, crocum 21, 138, echitae folia 24, 140, proboscidis elephanti pars dextra cum Lemnia rubrica adalligata 28, 88, equi a coitu virus, item testiculi 28, 261, eruca 20, 126 coll. 10, 182 et 19, 154, erythini 32, 139, feniculum 20, 257, gallinacei dexter testis 30, 141, hippocampus 32, 139, habrotonum 21, 162, harundinis radix 24, 87, hormini semen nigrum 22, 159, hyaenae genitale 28, 99. veneri nascitur malva 20, 227. venerem stimulat ocimum 20, 123. veneris adpetentiam facit ormenos agrios 26, 94. venerem concitant passeres in cibo sumpti vel ova eorum 30, 141. veneri confert porrum capitatum 20, 49, item stimulat porrum sectivom 20, 47. venerem stimulat iecur ranae diopetis vel calamitae 32, 139, raphanus 20, 28, rapum 20, 19, rubetae nervi 32, 139. venerem accendit salamandrae cibus 29, 76. venerem concitat satyrion herba 26, 96. venerem stimulat satyrici erythraici radix 26, 98. ad venerem virorum inflammandam valet scincos 8, 91. veneris cupiditates accendunt scinci rostrum et pedes, item laterum carnes 28, 119. venerem stimulat scolymus 22, 86, scorpiuri semen 22, 61, siser 20, 34, staphylinus 20, 32, suum medullae 28, 261, tauri a coitu urina, item tauri lutum 28, 262, terebinthi semen 24, 27. venerem accendit tegimenti testudinum farina 32, 34. venerem stimulat tithymali ramorum medulla 26, 99, volturis pulmo 30, 141, xiphii radix 26, 94. venerem mulierum movet vespertilionis sanguis, item anseris lingua 30, 148 (cf. *satyrion*). venerem finit bryae cinis urinae bovis castrati mixtus 24, 72. venerem exstinguit cicuta testibus circa pubertatem inlita 25, 154. venerem inhibet fimum cocleae vel columbae 30, 141. veneri quomodo contrarium sit corrudae semen 20, 111. venerem inhibet echeneis 32, 139, galli testiculus 30, 142, hippopotami pellis e sinistra parte frontis 28, 121 et 32, 139, lacerta 30, 141, lactuca 20, 64. veneri refrigerandae est *εὐνουχεῖον* lactucae genus 19, 127. venerem inhibet cinis unguium et corii lyncis 28, 122, nasturtium 20, 127, nymphaea Heraclia 26, 94 coll. 25, 75, peplis 20, 214. veneris inpetus inhibet plumbum 34, 166. venerem quomodo inhibeat scincus 28, 120. venerem cohibent testudinum squamae 32, 34, torpedinis fel 32, 139. ad venerem inpetus inhibet vitex 24, 62. venus virorum cohibetur muris fimo 28, 262. virorum maxume venerem inhibet pesoluta herba 21, 184. veneris taedium quomodo ricini e bove silvestri nigro mulieribus faciant 28,

256. ad venerem pigrior fit qui in canis urinam suam egessit 30, 143. veneris insomnia adimit nymphaea Heraclia 26, 94. veneris somnia inhibet mentastrum 20, 146, item peplis 20, 214. venerem per somnia crebro imaginantibus ruta datur 20, 142. veneria visa in quiete inhibet plumbum 34, 166. in venere cito obiere Gallus et Haterius 7, 184 (cf. *coitus*). — *venerem* conciliat helenium 21, 159.

VENUSIA Dauniorum colonia 3, 104. Venusini secundae Italiae regionis sunt 3, 105.

VENUSTIORES fieri dicuntur peruncti antirrino 25, 129.

VEPRIUM folia decidua agricolam docere debent quando serendum sit 18, 226. in vepribus nascitur cyclaminum 21, 51, item inguinalis herba 26, 92. in vepribus tantum vivont ranae rubetae 32, 50.

VERIS initium quando sit 2, 122. ver inchoat favonius 16, 93 coll. 2, 122 et 18, 337. favonii flatu quando ver inchoetur 18, 223. veris pleni indicium flos arborum 16, 95. veris indicium non certum papilionis proventus et avium adventus 18, 209. vere fulmina et terrarum motus crebriora 2, 195. vere cur crebriora fulmina 2, 136. ver navigantibus mare aperit 2, 122. vere incipiente aquae quaedam frigidiores sunt 31, 50. ver germinationis tempus 17, 134. verno tempore omnis odor acrior 21, 36. vere quid serendum sit 18, 205. vere primo vel autumno seritur pastinaca 19, 88. verna frumenta quaenam sint 18, 50. vernum mel quale sit et num eximendum sit 11, 34. circa ver pluruma somnia 28, 54. vere sacro a Sabinis voto orti sunt Picentes 3, 110.

VERANNIOLI Catulli *praef.* 1.

VERATRUM Italia appellat helleborum 25, 52. veratri nigri radices habet alisma 25, 124. e veratro nigro vinum ficticium 14, 110. veratrum capitis dolori medetur 25, 139. veratrum nigrum inprimitur dentibus erosis, utrumque veratrum dentes sistit 25, 170. veratro obviam itur canum rabiei 8, 152. veratri radix porriginem tollit 25, 133. adde de veratri usu in medicina 26, 138 et 28, 171. cf. *helleborum.*

VERBERA subituris potum ex vino erucae semen duritiam contra sensum induit 20, 125. verberum volnera atque vibices pellibus ovium inpositis oblitterantur 30, 118.

VERBANNUS lacus Ticinum accipit 3, 131 coll. 2, 224. Verbannus lacus piscibus quibusdam insignis 9, 69.

VERBASCUM quod Graeci phlomon vocant, quale sit 25, 120. verbasco similis blattaria herba 25, 108, item salvia 26, 31. verbasci folia habet arction 27, 33. verbasci flos aureus est 26, 28 coll. 26, 137. verbascum quem usum habeat 25, 121. verbascum collectiones omnes et duritias sanat 26, 127, contunsis et eversis prodest 26, 137. verbasci radicis decocto dentes conluuntur 25, 166. verbascum dysintericis prodest 26, 44, item faucibus 26, 29, item fistulis 26, 126. verbascum infixa corpori extrahit 26, 149, lateris et pectoris doloribus medetur 26, 32, luxatis prodest 26, 122, epiphoris oculorum inponitur 25, 143, panos sanat 26, 92 seq., tonsillis medetur 26, 23, tussi et purulenta exscreantibus prodest 26, 28 seq., ulcera vetera sanat 26, 143.

VERBENAS in sacris legationibusque unde sumpserint 22, 5. verbena myrtea purgati Romani Sabini-

que raptis virginibus 15, 119. — cf. *verbenaca.*

VERBENARIUS utique unus e legatis vocabatur qui ad hostes clarigatumque mittebantur 22, 5.

VERBENACA sive hierabotane sive peristereon 25, 105, duo habet genera 25, 106. verbenacae genus aristereon, cuius folia habet alcea 27, 21. verbenacam legati ad hostes ferunt eademque Iovis mensa verritur et domus purgantur lustranturque 25, 105. Galli sortiuntur ea et praecinunt responsa, magi circa eam insaniunt 25, 106. quando et quomodo colligenda sit secundum magos 25, 107. verbenaca visceribus omnibus medetur, lateribus, pulmonibus, iocineribus, thoraci 26, 37. verbenaca anginis prodest 30, 35, calculos eicit 26, 87, clavom pedum extrahit 26, 106, collectiones et duritias omnes sanat 26, 127, comitiales sanat 26, 114, dentes et gingivas confirmat 25, 166, dysintericis prodest 26, 49, febribus medetur 26, 117, hydropicis prodest 26, 120, parotidas sanat 25, 164, ad omnia in partu aut ex partu mala praestantissima est 26, 160, phalangio adversatur 25, 119, podagrae medetur 26, 100 seq., morbo regio prodest 26, 123, scorpionibus adversatur 25, 119, adversus serpentes conteritur ex vino 25, 107, strumas conprimit 26, 26, ulcera vetera explet 26, 143, ulceribus ex calciamentis medetur 26, 147, vesicae malis medetur 26, 78.

VERBA solemnia, quae alia sunt inpetritis, alia depulsoriis, alia commendationis (28, 11), num polleant aliquid 28, 10 seqq.

VERCELLAE Libicorum, urbs Italiae 3, 124. in Vercellensi agro aurifodina Victumularum 33, 78.

VEREASUECA portus in Hispania Tarraconensi 4, 111.

VERENDIS inponitur alsine 27, 24. verendis utriusque sexus medetur alumen schiston 35, 186. verendorum vitiis medetur arietis vellerum cinis 30, 72, item dentes caballini contunsi 30, 72. verendorum emplastris additur chalcitis 34, 118. verendis amicissimum feniculum 20, 257. verendorum vitiis medetur lana sucida 30, 72, item mulae ungularum cinis 30, 72, oenanthe 23, 8, pecudis carnes et sebum 30, 72. verendorum carbunculis medetur cerebrum et sanguis apri vel suis 28, 213, item salsamenta cocta 32, 108. verendorum informicationibus verrucisque medetur arietini pulmonis inassati sanies 30, 72. verendorum pusulas sanant cancri fluviatiles, menarum e capite cinis vel earum carnes 32, 107, muricum vel purpurarum testae cinis 32, 108, pelamydum capitis cinis, percae salsae e capite cinis, squatinae cutis conbusta 32, 107, zmarides 32, 108. verendorum ulceribus occurrit oesypum 30, 107, utilissimi sunt pumices 36, 156. verendorum ulcera manantia sanat sebum bubulum, item fel caprinum 28, 214. verendorum ulceribus taetris et manantibus auxiliantur canini capitis cineres, item cocleae parvae latae, item anguium senectus, item mel in quo apes inmortuae, item cocleae nudae Africanae 30, 73. verendorum vitia serpentia sanat iecur aprorum vel suum, item eorum fimi cinis, item fel bubulum vel caro bubula, item caprinum fimum, item butyrum 28, 214.

VERETINI Salentinorum gens 3, 105.

VERGENTUM oppidum Hispaniae Iulii Genius cognominatum 3, 11.

VERGILIAE septem in cauda tauri 2, 110. vergilias Taprobanes incolae non vident 6, 87. vergiliarum in XXV parte tauri exortus sex diebus ante Maii idus aestatem dat 2, 123. ab aequinoctio verno initium aestatis die XLVIII vergiliarum exortu matutino 18, 223. a. d. VI idus Maias vergiliarum exortus est 18, 248. post aequinoctium diebus fere XLIV vergiliarum occasus hiemem inchoat, quod tempus in III idus Novembris (cf. 18, 225) incidere consuevit 2, 125 coll. 18, 222. ad vergiliarum occasum extenditur autumnus 18, 309. vergiliarum occasum matutinum alii alias fieri tradunt 18, 213. Caesari VI. idus Octobr. vergiliae vesperi exoriuntur, III. idus Novembr. vergiliae occidunt 18, 313. in Attica III. non. April. vergiliae vesperi occultantur, eaedem postridie in Boeotia, Caesari autem et Chaldaeis nonis 18, 246. vergiliarum occasus nubilus pluviosam hiemem denuntiare putatur, serenus asperam 18, 225. ab occasu vergiliarum sequuntur imbres, a septumo fere die 18, 203. vergiliae primatum tenent ad fructus 18, 280. a vergiliarum occasu matutino incipit satio 18, 223. a vergiliarum occasu Hesiodus serendum praecipit 18, 201, Vergilius eodem tempore triticum tantum et far 18, 202. quidam ante vergiliarum occasum seri iubent 18, 203. circa vergiliarum occasum in Italia hiberna frumenta seruntur, ante earum exortum aestiva, in Graecia et in Asia omnia a vergiliarum occasu seruntur 18, 49. ante vergilias qui aestivos fructus severit, ipse frustrabitur sese 18, 253. ante vergiliarum occasum seritur faba 18, 120. ab aequinoctio ad vergiliarum occasum dies XLIV vindemiae iustum tempus 18, 319. vergiliarum occasu quidam putant incipere folia decidere istudque sidus esse vestis institorem 18, 225. post vergilias roribus lentis in arboribus gignitur scabies 17, 225. vergiliarum occasu glandiferae arbores semen reddunt 16, 106. post vergilias quaenam arbores semen reddant 16, 106. ab aequinoctio ad vergiliarum occasum pluruma est erice 11, 41. ad vergiliarum usque occasum ericaei mellis mellatio fit 11, 42. vergiliis occidentibus effodiendae sunt felicis radices 27, 79. vergiliae vitis et oleae sidus 16, 104. vergiliarum exortu vitium olearumque conceptus incipit 18, 287. circa vergilias pluere inimicissimum viti et oleae 17, 11. intra vergiliarum exortum interradi vetus olivetum debet 17, 130. ad vergiliarum exortum ab aequinoctio vineas confodiunt 17, 188. post aequinoctium XL diebus ad vergiliarum occasum quattuor soli dies sunt quibus seri oleam noceat 17, 128. vergiliarum quatriduo olivae timendus est auster 18, 329. ex futuro vergiliarum ortu Democritus olei caritatem praevidit 18, 273. a vergiliarum occasu ad brumam oblonga pira Mago seri iubet 17, 131. ante vergiliarum exortum mel non venit ex aere 11, 30. a vergiliarum occasu apes conduntur, latent ultra exortum 11, 13. in Italia a vergiliarum exortu apes iam vigilant, sed etiam tunc alvo se continent 11, 43. vergiliarum exortu pariunt locustae 11, 102. vergiliarum occasu squatina parit 9, 162.

* VERGILIUS quando mortuus sit 14, 18. Vergilius alios auctores secutus est ut certaret *praef.* 22. Vergilius Democriti ostentationem secutus est 18, 321. Vergilii libri in qua charta scripti fuerint 13, 83. Vergilii carmina divos Augustus contra testa-

menti eius verecundiam cremari vetuit 7, 114. Vergilius hortorum dotes fugit 14, 7. Vergilius uvarum genera XV, oleae III, totidem pirorum nominat, malum tantum Assyrium memorat ceteris omnibus neglectis 14, 7. Vergilii aetate nondum cognita quaedam vini genera 14, 18. Vergilius citatur VII. 8, 162 (VIII). 11, 70 (XI). 12, 17 (XII). XIII. 14, 35, 39, 67, 128 (XIV). 15, 4 seqq., 56 seq. (XV). 16, 127. 17, 14, 19, 20, 29, 56, 100, 105 (XVII). 18, 35, 120, 157, 181, 187, 202, 206, 209, 242, 295, 300, 321, 340. (XVIII). 19, 59 (XIX). 22, 160. 28, 19, 261. 29, 28. 35, 40.

VERGOANUM oppidum in Lerina insula 3, 79.

VERGUNNI gens inalpina 3, 137.

VERMICULATIO conmunis arborum morbus est 17, 218. vermiculatas arbores esse quomodo cognoscant aves 17, 220. quaenam arbores vermiculationem maxume sentiant, quae minus 17, 220 coll. 17, 223 et 230. quarumnam arborum poma vermiculationi non obnoxia sint 17, 87. quae pluviae gigni vermes prohibeant, quae generent 17, 230.

VERMINATIONEM iumentorum sanant ossa ex pernarum acetabulis 28, 180. verminatio iumentorum quomodo finiatur 30, 144.

VERMIUM generi oculi nulli 11, 140. vermibus tactus sensus inest 10, 195. vermiculo ter septenorum dierum vita 11, 120. vermium genera mirandos usus in medicina habent 30, 115 seq. ex vermiculo nascuntur cantharides 29, 94. vermiculos muscae gignunt 10, 190. ex vermiculis fiunt tabani 30, 101. e vermiculorum genere teredines 16, 220. vermiculos gignit apium 20, 113 seq. vermiculis non infestantur cepae sale et aceto pistae arefactaeque 20, 43. vermiculus in farre teredini similis cavis dentium cera inclusus facit ut dentes vitiati cadant 22, 121. vermiculi quando in frumento nascantur 18, 152. quomodo ab eo arcendi sint 18, 158. vermes radicibus frumenti ne noceant quid faciendum sit 18, 159. vermiculi decidunt, si mulier menstrua segetem nudata ambit 28, 78. vermiculi innascuntur gallidragae 27, 89. vermiculi quidam qui in gramine inveniuntur, partum continent, alias eniti non patiuntur, danturque etiam conceptus causa 30, 125. vermiculus qui in herba, quae Veneris labrum vocatur, invenitur cavis dentium prodest caduntque eius contactu brassicae urucae 30, 24 coll. 25, 171. vermiculi raphano innascuntur, item lactucae et oleri 19, 177. vermes gignit ocimum 20, 119. in robore vermes cosses appellantur 17, 220. vermiculi in spinosis asperi, lanuginosi medentur adalligati si quid ex cibo haeret infantibus 30, 139. vermiculi e spinosis frutectis lanuginosi quartanis medentur 30, 101. vermiculi pinnati styracem arborem Syriae erodunt 12, 124. vermes rubri ex arboribus sanant aures exulceratas et ruptas 29, 135. vermes terreni erumpentes tempestatem nuntiant 18, 364. ex vermibus terrenis multa remedia sunt, unde in melle servantur 29, 92. vermes terreni decocti aurium vitia sanant 29, 135. vermes terreni calculos conminuunt 30, 66. vermium terrenorum cinis capillos canescere prohibet 30, 134. vermes terreni sanant clavos pedum 30, 80, dentium dolores levant et exesos dentes cadere cogunt 30, 23, igni sacro medentur 30, 186, ischiadicis prosunt 30, 54, mammarum suppurationibus medentur 30, 125, lac devocant 30, 125, nervorum nodis medentur 30,

110, nervos abscissos solidant 30, 115, nervorum cervicis scapularumque dolores arcent 30, 124. vermium terrenorum cinis ossa fracta solidat, item ossa extrahit 30, 119, podagras lenit 30, 76 seq. vermes terreni morbo regio resistunt 30, 93, ex scorpionum plagis dolorem levant 29, 91, secundas pellunt 30, 124, strumis medentur 30, 39. vermium terrenorum cinis ulcera pura ad cicatricem perducit 30, 79, ulcerum margines duriores absumit 30, 115 seq. vermes terreni conglutinant volnera recentia 30, 115. vermiculus qui in canum lingua est lytta vocatus quam vim habeat 29, 100. vermiculus e cadavere canino ab hydrophobia tuetur 29, 98. vermiculi in phalangii cuiusdam capite inventi faciunt ut mulieres non concipiant 29, 85. vermiculos e corpore discutit cappari 20, 167. vermes innati ranarum felle tolluntur 32, 127. vermiculos in auribus necat amygdalinum oleum 23, 85, cannabis semen 20, 259, feniculum 20, 256, extrahit saliva 28, 37, item salvia 22, 147, item urina puerorum inpubium 28, 65. auribus verminosis instillatur mentastri sucus 20, 146, sed non instillandus cedri sucus 24, 18. ex ulceribus vermes extrahit aristolochia 26, 142, item salvia 22, 147. ulcera verminosa sanat erigeron 26, 145. vermibus quae periclitantur ulcera sanat multipeda 30, 114. vermes in Gange mirabiles 9, 46. — cf. *vermiculatio, verminatio.*

VERNODUBRUM flumen Galliae Narbonensis 3, 32.

VEROMANDUI gens Belgicae 4, 106.

VERONA Raetorum et Euganeorum urbs 3, 130, septumi circuli est 6, 218. a Varo per Veronam ad Arsiam quanta Italiae latitudo sit 3, 132. in Veronensi agro lacus Benacus 9, 75. in Veronensi agro laudata alica 18, 109. in solo Veronensi agro nascuntur lanata mala 15, 48. Veronensis agri uvae in mensis ante Tiberium gratissimae erant 14, 16. in Veronensi agro nata Raetica vina Falernis tantum postlata a Vergilio 14, 67. Veronae exstant picturae Turpilii equitis Romani 35, 20. Veronensis Catullus 36, 48.

VERRES decrescente luna castrandus 18, 322. verrinus adips praestantior reliquis 28, 136, quem usum habeat 28, 141. verrinum iocur, fel, cerebrum contra serpentes valent 28, 152. verrinum fel apostematis utile 28, 218. verrini genitalis cinere quomodo magi urinae incontinentiae medeantur 28, 215. verris spuma luxatis inlinitur 28, 234. verrinum virus e scrofa a coitu exceptum contra aurium dolores valet 28, 175. cf. *sus.*

VERRI Cicero obiecit Cupidinem, Praxitelis opus 36, 22. Verri reo ablatum Sphingis signum, de quo Ciceronis iocus exstat 34, 48. Verres quem Cicero damnavit, cur ab Antonio proscriptus sit 34, 6.

* VERRIUS Flaccus citatur III. 7, 180 (VII). 8, 17 (VIII). 9, 77. XIV. XV. 18, 62 (XVIII). 28, 18 (XXVIII). XXIX. 33, 63 et 111 (XXXIII). XXXIV. XXXV.

VERRUCAS tollit alex defervefacta 32, 128, sanat anguium senectutis membrana 30, 81, tollit aquae spuma 31, 72, argemonia 26, 150, curat aurum 33, 85, tollit batrachii radix 26, 150, blattarum genus molle 29, 140, sanat canini fimi cinis (coll. 30, 69), item canis urina cum suo luto inlita, item cantharides 30, 81, tollit chamaesyce 24, 134, fugat cicer 22, 149, sanat dipsacos 27, 71, tollit ficulnum lac 23, 118, sanat fimum gallinaceum 30, 81, tollit glani iecur

32, 128, crudae grossi 23, 125, harena litorum maris 31, 72, heliotropium 22, 58 et 61, helleborum 25, 55, herinacei fel 30, 81, iris 21, 142, lacertae caput vel sanguis vel cinis 30, 81, linozostis 26, 150, menarum capitum cinis 32, 128, murium sanguis, item ipse mus divolsus 30, 81, muliebrium capillorum cinis 28, 71, ocimum 20, 123, ovium fimum 30, 81, picris 22, 66, umor e cavis populi nigrae effluens 24, 47, ruta 20, 141, sal 31, 99, scorpionis marini rufi fel 32, 128, testudinum sanguis 32, 141, thymum 21, 157, tithymalus 26, 150, vitium lacrima 23, 3, zmarides tritae 32, 128. verrucas quomodo magi pellant 28, 48. pedum verrucas aufert asininae urinae lutum, item fimi vitulini cinis 28, 223. sedis verrucae cadunt silphii radice 22, 100. verendorum verrucis medetur arietini pulmonis inassati sanies 30, 72.

VERRUCARIAM cur heliotropium vocaverint 22, 58.

VERRUCOSUS, cf. *Fabius*.

VERSIPELLIS nomen quomodo inter maledicta relatum sit 8, 81.

VERSUM heroum Pythio oraculo debemus 7, 205.

VERTACOMACORI Vocontiorum, non Ligurum pagus 3, 124.

VERTICES bini hominibus tantum quibusdam sunt 11, 132. vertex palpitans summae inter cuncta animalia humanae inbecillitatis indicium 7, 4. — *verticem* sive typhonem quomodo flatus repentini faciant 2, 131. vertex quomodo a turbine et a procella distet 2, 134.

VERTIGINES facit aera in pane 18, 156. vertigines capitis gignunt hyoscyami genera 25, 35. vertigines facit vinum novicium resinatum 23, 46. vertiginem sentiunt qui peucedani sucum colligunt 25, 117. vertigines capitis sedat beta 20, 69. vertigini prodest bios 23, 53, medetur castoreum 32, 29, prosunt cocleae 30, 48, datur cuminum 20, 161, prosunt ramenta ligni fabae Graecae 24, 6, medetur helleborum 25, 60, prodest hippophaeston 27, 92, parthenium 21, 176, peucedanum 15, 139, sagapenon 20, 197, Samius lapis 36, 152, acetum scillinum 23, 59, vitis albae radix 23, 23. contra vertigines melancholicas bibitur rhacoma 27, 130. vertigines a partu quid sedet 20, 194. vertigini praeterquam purgationis gratia contrarium lac 28, 130.

VERUCINI gens Galliae Narbonensis 3, 34.

VERULANI gens Italiae 3, 64.

VERVACTUM quid appellent 18, 176.

VESCELLANI gens Italiae 3, 105.

VESCI quae Faventia, urbs Hispaniae 3, 10. Vescitaniae regionis Oscensis gens 3, 24.

VESENTINI Etruriae gens 3, 52.

VESICA ubi sit 11, 208. quae animalia vesicam non habeant 11, 208. inter vesicam et alvom ilia 11, 208. vesicae feminarum iunctus uterus 11, 209. vesicae membrana qualis sit 11, 208. in vesica interdum lapilli 11, 208. e vesica eiectus lapillus quem usum habeat in medicina 28, 42. asperrimi cruciatus sunt calculorum a stilicidio vesicae 25, 23. vesicae conversio morbus est equorum sicut omnium animalium in genere veterino 8, 166. vesicae cruciatum faciunt cantharides potae 29, 93. vesicam circumagunt mala verna acerba 23, 100. vesicam exulcerant asparagi 20, 109. vesicae quae nocent venena, eis non resistit lactuca 20, 63. vesicae nocet acetum 23, 56, item nuclei acinorum 23, 14. vesicam

infestant uvae e vinaceis servatae 23, 11. vesicae inutile vinum aqua marina conditum 23, 45. vesicae non prodesse dicitur vinum Falernum 23, 35. vesicae nisi decoctum corrudae semen non prodest 20, 111. vesicae vitia emendat acorum 26, 80, item anthyllion 26, 84. vesicae medentur asini renes 28, 213. vesicae utilis astaphis nucleis acinorum exemptis 23, 15. vesicae utile bunion 20, 21. vesicae medetur callithrix 26, 87. vesicae malis medetur cappari 20, 167. vesicae inlinuntur caryotae 23, 97. vesicae prodest cepaea 26, 84, item chamaepitys 24, 29. vesicam adiuvat cichorium 20, 74. vesicae medetur cupressi radix 24, 16. contra vesicae mala valet curaliorum cinis 32, 24. vesicae medetur cyclaminus 26, 155. vesicae vitiis prodest elate palma 23, 99. contra vesicae vitia valere putant erigeron 25, 168. vesicae utiles fici siccae 23, 121. vesicae auxiliatur ius gallinaceorum 29, 79. vesicam sanat glycyside 27, 86. vesicae vitiis efficax haematites lapis 36, 145. vesicis prodest hammoniacum 24, 23, medetur hippuris 26, 134, prodest hippomarathum 20, 258, item hypericon 26, 85. vesicae medetur iuncus odoratus 21, 120. vesicae prodest lac 28, 125. ad vesicae vitia datur lactuca 20, 65. vesicae convenit e lauri foliis aut cortice aut bacis decoctum 23, 152. vesicae prodest linozostis 25, 41. vesicae vitia sanat meum 20, 253. vesicae prodest mustum 23, 30. vesicas exinanit myacum ius 32, 96. vesicis medetur myrteum oleum 23, 87, item myrti semen 23, 160. vesicae vitiis medetur oenanthe 21, 167. vesica purgatur pectinum cibo 32, 103. vesicas iuvat peplis 20, 214. propter vesicae incommoda bibitur semen phellandrii, item phalaridis 27, 126. vesicae utiles nuclei nucis pineae 23, 142 et 143. vesicas inanit polium 21, 146. vesicae utile puleium silvestre 20, 157. vesicae prodest scandix 22, 80. vesicae utilis silaus herba 26, 88. vesicis medentur spongitae lapides 36, 143. vesicis prodest vesicaria, trychni genus 21, 177, item Vettonica 26, 78 (bis). vesicae vitiis utilissimum vinum e cocolobi vite 14, 31. vesicae vitiis inlinitur xiphii radix 26, 79. vesicae vitiis medetur zmyrnion 27, 135. vesicae difficultatibus medetur ex hirundinum nido glaebula, item ossifragi venter, item turturis fimum vel ius 30, 68. ad vesicae difficultates bibitur myriophyllon 24, 152. vesicae stilicidio prodest herinacei caro 30, 65. vesicae stilicidia inhibet lyncis urina 28, 122. vesicae malis contraque calculos auxilio sunt agaricum, plantago, polemonia, Vettonica 26, 78. vesicae calculos frangunt apii semen et radix 20, 115. vesicae calculos tollit baccaris radix 21, 133. vesicae vitia et calculos sanat blendiorum cinis, item scorpio marinus, item lapis qui invenitur in eius cauda, item enhydridis iecur 32, 102. vesicae calculos putant elidi poto lyncurio 37, 53. calculos vesicae pellunt hippomarathi folia 20, 257 (cf. *calculus*). vesicae calculorumque cruciatibus auxiliatur urina vel vesica apri 28, 212. ad vesicae cruciatus valet graminis decoctum 24, 181. contra vesicae cruciatus prodest in balinearum soliis pronos urinam reddere 28, 63. vesicae doloribus prodest agninorum pedum decoctum 30, 68. in vesicae dolore datur amylon 22, 137. vesicae dolores lenit halimon 22, 74, item intubum 20, 73. vesicae dolores sedat radix nymphaeae Heracliae 26, 81. vesicae do-

lori inlinuntur polygoni folia 27, 114. vesicae dolorem sedat thymum 21, 156. vesicae harenis pruritibusque pellendis prodest caucalis 22, 83. vesicae rosionibus prodest malva 20, 228, item ovorum lutea 29, 43. vesicae concretum sanguinem absumit helichrysus 21, 169. vesicae scabiem sanat glycyrriza 22, 26, item panacis radix 26, 88. ad vesicarum inflammationes et exulcerationes utile crocum 21, 137. vesicarum exulcerationibus medetur cucurbita 20, 17. vesicae ulceribus medetur radix decocta graminis 24, 180. vesicarum ulcera repurgant ostrea 32, 64. vesicae exulcerationibus prodest ovi luteum 29, 43. vesicam exulceratam laedit cicer 22, 149. vesicae exulceratae cavendum marrubium 20, 244. — cf. *urina*.

VESICARIA cur appelletur trychni genus 21, 177.

VESINICATES gens Italiae 3, 114.

VESPAE ubi et qualibus in nidis ceras faciant 11, 71. qualis ipsarum fetus sit et quando maxume vivant et crescant 11, 71. vespae equorum corpore exanimato reparari posse dicuntur 11, 70. quid de earum aculeo quidam opinentur 11, 74. carne vescuntur, item muscas grandiores venantur 11, 72. vespae serpentem avide vescuntur, quo alimento mortiferos reddunt ictus 11, 281. nec reges nec examina habent 11, 74. vespae apes inpugnant 11, 61. vespis contrariae noctuae, item attelebi 29, 92. vesparum genus (cf. 11, 72) ichneumon et araneus dissident 10, 204. vespa quae solitaria volitat pseudosphex vocatur 30, 98. a vespis non feriuntur habentes secum pici Martii rostrum 29, 92, nec qui semel a scorpione percussi sunt 28, 32. contra vesparum ictus valet cunila 20, 173. vesparum veneno adversatur lac ficulnum 23, 118. vesparum ictibus medetur hibiscum 20, 29. vesparum venenis resistit laurus 23, 125. contra vespas valet malva 20, 223. contra vesparum ictus valet melissophyllon 21, 149. contra vespas valet mecum 23, 43, item sal 31, 99. contra vesparum aculeos valet ruta 20, 133. contra vespas uvis remedium est oleo adspergi ex ore 15, 67.

VESPASIANUS Augustus maxumus omnis aevi rector 2, 18. Vespasianus Augustus dis adscriptus 2, 18. Vespasianus inperator aequaliter publicavit principem 33, 41. Vespasiani inperatoris initiis cum Oeensibus Romani bellum gesserunt 5, 38. Vespasianus iactatus reipublicae procellis universae Hispaniae ius Latii dedit 3, 30. a Vespasiano donatum Latio Icosium, Mauretaniae oppidum 5, 20. a Vespasiano inperatore deducta colonia Prima Flavia 5, 69. Vespasiani pater et filius censum egerunt 7, 162. Vespasianis inperatoribus et censoribus anno conditae urbis DCCCXXVI Romae moenia collegere ambitu pass. XIII M CC 3, 66. Vespasianus pater III, Titus filius iterum consules 2, 57 (cf. comm.). Vespasiani inperatoris templum Pacis inter pulcherrima opera est quae umquam vidit orbis 36, 102. a Vespasiano principe in templo Pacis aliisque eius operibus clarissima Graecorum artificum signa dicata sunt 34, 84. Vespasianus inperator in operibus Pacis suae dicavit Venerem incerti sculptoris 36, 27. Vespasianus Augustus in Pacis templo dicavit opus e basanite lapide 36, 58. Vespasianus Augustus inperator primus ex cinnamomo coronam dicavit in Capitolii atque Pacis templis 12, 94 (cf. *pax*). Vespasiano

Augusto inperatori Virtutis et Honoris aedes restituenti pinxerunt Cornelius Pinus et Attius Priscus 35, 120. Caesaris domus in Palatio incendio priore consumpta est tabula in qua Protogenes et Apelles linias duxerant subtilissimas 35, 83. Vespasiani inperatores primi balsami arbusculam ostendere 12, 111. in Caesaris pluribus villis pisces e manu vescuntur 32, 16. in Caesaris piscinis genera piscium ad nomen veniunt quidamque singuli 10, 193. Caesaris piscinae in Pausilypo villa 9, 167. Caesares iuvenes cum Plinius scripsit sturnum habebant, item luscinias Graeco et Latino sermone dociles et adsidue nova loquentes 10, 120. Vespasiani temporibus sol et luna XV diebus defecerunt 2, 57. — cf. *Titus.*

VESPERI refulgens color 2, 79. — cf. *Veneris sidus.*

VESPERIES urbs in Tarraconensi Hispania 4, 110.

VESPERTILIO quae propria sibi habeat 10, 168. vespertilionis cerebrum duplex est, rubens et candidum 30, 132. vespertilioni soli avium dentes 11, 164. vespertilioni volucrum soli lac est 11, 232. vespertilio siccis membranis inter tecta volat 11, 228. vespertilionis alae articulos habent 11, 228. vespertilionibus adversantur platani 24, 44. vespertilionis cor adversatur formicis 29, 92. vespertilionum genus infestum casiam colligentibus 12, 85. de vespertilione magorum conmenta 29, 83. vespertilione adalligato finiuntur iumentorum urinae tormina 30, 144. vespertilionis alis quando magi utantur in febrium curatione 30, 97. vespertilionis caput somnos arcet 30, 140. vespertilionis cerebrum psilotri vim habet 30, 132 coll. 30, 133, et attritis medetur 30, 70. vespertilionis fel inponitur iumentis a mure araneo percussis 29, 88. vespertilionis iecur psilotri vim habet 30, 132. vespertilionis sanguis ileo prodest 30, 59, mulierum libidinem movet 30, 143, psilotri vim habet 30, 132, ventris dolores arcet et lenit 30, 64, ad vitiligines albas valet 30, 121.

VESTAE aedis Syracusana superficie tecta 34, 13. ex Vestae aede in incendio Palladium rapuit L. Metellus 7, 141. Vestam sedentem sculpsit Scopas 36, 25.

VESTALIUM virginum capillus ad capillatam arborem defertur 16, 235. a Vestalibus inter sacra Romana colitur fascinus 28, 39. Vestales credimus nondum egressa urbe mancipia fugitiva retinere in loco precatione 28, 13. Vestalis virgo Furetia sive Taracia Gaia 34, 25, item Tuccia 28, 12.

VESTALIS, cf. *Fabius.*

VESTILIA, C. Herdicii, postea Pomponii atque Orfiti coniux, septumo mense enixa quattuor liberos, Suillium Rufum genuit undecimo, Corbulonem septumo, Caesoniam octavo mense 7, 39.

VESTINI prope Marrucinos et Sabinos 3, 38. Vestinorum quae gentes sint 3, 106. Vestinorum campus Ceditius 11, 241. Vestinus caseus laudatissimus 11, 241.

* VESTINUS citatur XXI. XXII.

VESTES Italiae praestantissimae 37, 202. in vestibus minus mirabilis luxus quam in unguentis 13, 20. veste lintea non uti in Serranorum familia gentilicium est 19, 8. vestes e linis xylinis gratissimae Aegypti sacerdotibus 19, 14. vestes lineas unde Indi faciunt arbor qualis sit 12, 25, vestes quaedam bombycinis similes fiunt in oriente collecta acanthii lanugine 24, 108. vestis delicatior ex

urbe Poecessa Cei insulae olim profecta 4, 62. vestes Trogodytae revehunt ex Ocilia 12, 88. vestes ex bulbi quodam genere 19, 32, item e leporino pilo 8, 219, ex arborum libro 12, 1, ex papyro 13, 72, e sparto 19, 27. vestibus pexis aliena Istria Liburniaque lana 8, 191. vestes plurumis liciis texere, quae polymita appellant, Alexandria instituit, scutulis dividere Gallia 8, 196. scutulato textu vestes Salacia conmendavit 8, 191. undulata vestis prima e laudatissimis fuit, inde sororiculata defluxit 8, 195. vestes pictae iam apud Homerum fuere, unde triumphales natae 8, 195. acu facere id Phryges invenere ideoque Phrygioniae appellatae 8, 195. aurum vestibus intexere invenit Attalus, unde Attalicis nomen 8, 196. colores diversos picturae intexere Babylon maxume celebravit et nomen inposuit 8, 196. vestes quomodo in Aegypto pingantur 35, 150. vestibus adhuc Parthi malunt litteras intexere 13, 73. vestium aemulatio cum floribus 21, 45 seq. vestes ianthinae 21, 27. vestibus luxuria provocavit eos flores qui colore conmendantur 21, 45. vestes quibus herbis ubi inficiantur 22, 3. vestibus tinguendis idoneum balaustium, quarum color nomen inde accepit 13, 113. ad servitiorum vestes tinguendas Galliae utuntur vacciniis 16, 77. vestes in Creta tinguunt fuci marini genere aliquo 26, 103. vestibus tinguendis nascuntur genistae 16, 74. vestibus tinguendis utuntur Phrygio lapide 36, 143. vestes conrumpit cedri sucus 24, 17. vestis ovo contacta non aduritur 29, 51. vestes lapideas facit sarcophagus lapis 36, 131. vestium tenax est aparine herba 27, 32. vestibus adhaerent helxines semina 22, 41, item philanthropos herba 24, 176. in veste maculas non facit balsamum 12, 123. vestis menstruo infectae pars vel licium medetur tertianis quartanisque 28, 83. e veste menstruorum maculae non nisi eiusdem mulieris urina abluuntur 28, 84. vestium maculas eluit beta 20, 72. vestibus lavandis utilis faex vini 23, 65. vestes erinaceorum cute expoliuntur 8, 135. in vestibus poliendis cretae usus 35, 196—188, sed Graecia pro Cimolia creta Tymphaico gypso utitur 35, 198. vestibus odoris gratia baccaris radix inseritur 21, 133. vestes odore non ineleganti tuetur helichrysos 21, 169. vestibus odoris suavitatem conciliat interpositum malobathrum 23, 93. vestibus interponuntur saliunca et polium 21, 44. vestis genere quaedam insecta gignuntur 11, 115. in veste pulvis tineas creat 11, 117. in vestibus noxia animalia non habent qui Athon montem incolunt vescentes viperinis carnibus 7, 27. vestis a tineis non attingitur quae in funere fuit 28, 33. vestes a tineis defendit anesum 20, 195. vestibus insertum apsinthium tineas arcet 27, 52. in vestibus animalia necat cedri sucus 24, 17. cum veste una conditum pomum mali Assyriae noxia animalia arcet 12, 15 (cf. *tineae*). vestes pediculis liberat taminia uva in aceto decocta 26, 138. cf. *toga*, *trabea*.

VESTORIANUM caeruleum ab auctore appellatum unde fiat et quanti sit pretii 33, 162.

In VESULI montis Alpium celsissimi gremio Padus oritur 3, 117.

VESUNI gens in Tingitana provincia olim Autololum pars, deinde his avolsa et propria facta gens 5, 17.

VESUVIUS mons prope Pompeios 3, 62. in Vesuvio monte vites austro

laeduntur, ceteris ventis aluntur 14, 22. Vesuvio tenus Surrentinis testis venicula vitis efficacissima 14, 34.

VETERANORUM Develton urbs Thraciae quae nunc Deultum 4, 45. veterani deducti Oppidum Novom 5, 20. veterani missi Sicum 3, 141. veteranus quidam Bononiae hospes Augusti 23, 82.

VETERINIS caudae caulis saetosus 11, 265. veterinis ossa praecisa recrescunt ab ungula ad suffraginem 11, 216. veterino tantum generi ungulae renascuntur 11, 254. veterinorum aetas quomodo dentibus cognoscatur 11, 168, item quibus aliis rebus 11, 169. veterina potu pinguescunt, ideo sal illis aptissimus cibus, quamquam et fruge et herba vescuntur 10, 200. veterina tantum quaedam ad incrementa lunae morbos oculorum sentiunt 11, 149. vesicae conversio omnibus est animalibus ex veterino genere 8, 166. veterina a iugo volutatio iuvat 17, 210.

VETERNO pinguescunt hystrices 8, 127. veternosis datur aprunum iecur 28, 230. veterno liberat exedum herba 24, 175. veternosis medetur raphanus 20, 24.

VETTIOLUM cognominata Italiae urbs Turocelo 3, 114.

VETTIUS Valens Messalinae adulterio et eloquentiae studio nobilitatus, novam instituit medicinae sectam 29, 8 coll. 29, 20.

VETTONENSES gens Italiae regionis sextae 3, 114.

VETTONES gens circa Tagum 4, 116. Vettones ab Asturia disterminat Durius amnis 4, 112. Vettones in Hispania herbam Vettonicam invenerunt 25, 84.

VETTONICA herba, quae in Italia serratula, a Graecis cestros aut psychotrophon appellatur, ubi inventa sit, qualis sit et quem usum habeat 25, 84. Vettonica alvom solvit 26, 54, ad bestiarum morsus valet 25, 125, carbunculos sanat 26, 118, ad carcinomata adhibetur 26, 149, coeliacis datur 26, 45, colorem plumbeum corporis emendat 26, 107, comitialibus medetur 26, 113 et 114, ruptis convolsisque et ex alto deiectis prodest 26, 137, cordis vitiis prodest 26, 35, cruditates quae nausiam faciunt digerit 26, 112, dysintericis prodest 26, 44, dyspnoeae medetur 26, 33, contra purulentas et cruentas exscreationes valet 26, 28, febribus medetur 26, 116, et febrium horrores coercet 26, 117, hydropicos sanat 26, 119, ilibus utilis est 26, 77, contra insanias bibitur 26, 118, iocineri prodest 26, 35, ischiadicos dolores sistit 26, 42, lateris doloribus prodest 26, 32, lippitudini convenit 25, 145, lumbis prodest 26, 105, ad malandrias adhibetur 26, 149, mala medicamenta per alvom exigit 25, 127, eisque qui cotidie gustant non sinit mala medicamenta nocere 25, 128, nervis discurrentibus per scapulas prodest 26, 105, paralysim sanat 26, 112, partus adcelerat 26, 161, pectoris doloribus prodest 26, 32, phthisicis prodest 26, 110, praecordiis utilis est 26, 77, morbum regium expugnat 26, 123, renibus medetur 26, 38, sanguinem ex ubere fluentem sistit 26, 136, scorpionibus adversatur 25, 122, serpentium morsibus medetur 25, 101, spinae dolores levat 26, 42 coll. 26, 105, stomachi vitia sanat alias gravis stomacho 26, 32 coll. 26, 33, tormina discutit 26, 74, umeris prodest 26, 105, vesicae malis medetur 26, 78 (bis), volneribus bibitur 26, 75, contra volvarum vitia valet 26, 151, vomitiones faciles praestat 26, 40, item vomitiones sistit 26,

41 (bis). Vettonicae circulo inclusae serpentes ipsae se interimunt flagellando 25, 101.

VETULENO Aegialo, qui Africani exsilium colebat, magna fama excultis vineis 14, 49.

VETULONIENSES Etruriae gens 3, 52. ad Vetulonios Etruriae aquis calidis pisces innascuntur 2, 227.

VETERES salem cum pane esitasse proverbio adparet 31, 89. cf. *antiqui.*

Sub VETERIBUS Maeniana omnia Serapionis tabula operiebat 35, 113. sub Veteribus agentis Crassi oratoris lepos 35, 25.

* L. VETUS citatur III. IV. V VI. — cf. *Antistius.*

VIAE per montes Italiae excisae memorabiles sunt 36, 125. viae consulares duae Capuam ducunt 18, 111. viam sacram Caesar velis inumbravit 19, 23. via salaria salem in Sabinos portari convenerat 31, 89. via Aemilia 2, 199 et 19, 9. via Appia 10, 122 et 29, 9. via Flaminia 15, 137 et 23, 95. via Praenestina 31, 42.

VIANIOMINA Noricorum urbs 3, 146.

VIATIENSES gens Hispaniae prope Tagum 3, 25.

VIATORIBUS contra lassitudines datur anesum 20, 192. viator qui artemisiam et elelisphacum adligatas habet, lassitudinem non sentit 26, 150. viatori in longo itinere prosunt myrti virgae gestatae 15, 124. viatoribus olim nomen inditum est quod subinde ex agris senatum ducesque arcessebant 18, 20. e taxo facta vinis vasa viatoria mortifera nonnumquam fuerunt 16, 50.

Iulius VIATOR eques Romanus sitim non sentiebat 7, 78.

VIBICES verberum pellibus ovium inpositis oblitterantur 30, 118.

VIBINATES gens Italiae 3, 105.

VIBII Crispi proconsulis legatus C. Flavius 19, 4. — * *Vibius Rufus* („Rufinus" Palimps.) citatur XIV. XV. XIX. XXI. XXII. — *Vibius* Pompeio Magno specie similis fuit 7, 53. — *Vibii* forum, oppidum in Transpadana regione 3, 123.

VIBONES vocant Britannicae herbae florem 25, 21.

VIBO Valentia urbs in Bruttiis quae olim Hippo 3, 73, ubi sinus Vibonensis 3, 72. contra Vibonem insulae Ithacesiae 3, 85.

VICESIMA hereditatum, qua nulla pensio quaestuosior et tutior, quando plebi inposita sit 19, 56 (cf. *Sillig.*)

VICETIA Venetorum urbs 3, 130, septumi circuli est 6, 218. a Varo per Vicetiam ad Arsiam quanta sit Italiae latitudo 3, 132.

VICIAE folium ubi sit et quale 18, 58. sationis tempora 18, 137 seq. et 228. viciam quando Vergilius seri iubeat 18, 202. vicia a fidiculae occasu serenda silente luna 18, 314. vicia quo in solo serenda sit 18, 164. vicia seri potest solo non proscisso 18, 181. vicia siccitatem amat 18, 138. vicia vitibus praeripit sucum 18, 138. vicia ubi sublata sit, cur far sit serendum 18, 187. viciae quanta vis in iugera serenda sit 18, 198. etiam vicia aliquando admixta ex recrementis farris praedensa seritur farrago 18, 142. vicia agricolis non est operosa 18, 137. in vicia limaces et cocleae nascuntur 18, 156. vicia quando ad frondem utilissima sit 18, 138, quando in pabulum secanda sit 18, 257. vicia etiam depasta fert 18, 137. viciae quadrupedum causa seruntur 18, 50. viciae segetem stercorant 17, 56. viciis pinguescunt arva 18, 137. ex viciae semine palea ceteris praefertur 18, 138.

VICTIMAE opimae e bobus 8, 182. victimarum probatio in vitulo, ut articulum suffraginis cauda contingat, nam breviore non litant 8, 183. victimae coronabantur 10, 9. victimam caedi sine precatione non videtur nunc referre 28, 10. victimis nonnumquam extorum capita vel corda adempta vel geminata diris obstrepentibus 28, 11. victima humana, cf. *homo*.

VICTOR certamine gymnico palmam tenens, Eupompi pictoris opus 35, 75. victorem Aratum cum tropaeo pinxit Leontiscus 35, 141. victor Latinarum feriis, quibus quadrigae certant, apsinthium bibit 27, 45. Delphis victores lauru coronantur 15, 127. victores Athenae olea coronant, Graeci oleastro Olympiae 15, 19. persea victores Alexandriae coronantur 15, 46. victores apud Isthmum pinea corona coronantur 15, 36. non victori corona datur in sacris certaminibus, sed patriae 16, 10. Graeci celetas tantum in sacris certaminibus victores ornabant statuis 24, 19. de equi victoris spuma magorum mendacium 29, 68.

VICTORIAE quale summum signum apud antiquos fuerit 22, 8. — *Victoria* nummi Victoriati nota 33, 47. Victoriam cum Castoribus et Alexandromagno pinxit Apelles 35. 93. Victoriam regentem bigam pinxit Eutychides 35, 141. Victoriam pinxit Hippys 35, 141. Victoria quadrigam in sublime rapiens, Nicomachi pictura 35, 108. Victoria Phidiae opus 36, 19. Victoriae tabulam Augustus in templo Caesaris patris posuit 35, 27.

VICTORIAE Iuliobrigensium portus in Tarraconensi Hispania 4, 110.

VICTORIATUS nummus antea ex Illyrico advectus et mercis loco habitus Romae percussus est lege Clodia 33, 46 seq. unde nomen habeat 33, 47. victoriato nummo indicatur medicamentorum pondus 20, 264. 23, 113. 24, 6, 16, 30. 26, 34, 53.

De VICTUMULARUM in agro Vercellensi aurifodina lex censoria 33, 78.

VICTUS magna in animalibus differentia est 11, 281. victus varietate iuvatur valetudo 28, 56.

VIDERI negant gerentem heliotropium gemmam 37, 165.

VIDUCASSES gens Galliae Lugdunensis 4, 107.

VIENNA urbs Galliae Narbonensis 3, 36, septumi circuli est 6, 218. Vienna urbs Galliae Narbonensis circum non sentit 2, 121. ex Viennensi agro vinum per se picem resipit 14, 18. Viennenses picata sua vina plurumi vendunt 14, 57.

VIGILIAM quomodo praestent cancri oculi secundum magos 32, 116. vigiles facit serpyllum 20, 248. vigiliarum malo medentur aizoum, aristolochia, clymenos, onotheras, panaces 26, 111. vigilias tollit brassica decocta 20, 82. contra vigilias bibitur papaver 20, 202. — *vigilias* Palamedes invenit 7, 202.

VILICORUM magna cura habenda est multaque de eis praecipit Cato 18, 36.

VILLA nusquam nominatur in XII tabulis 19, 50. villae ubi ponendae sint 18, 33. villae salubribus locis subsolanum spectare debent 18, 337. villae horti iungendi 19, 60. villis nostris adnectuntur apes 11, 52. villaribus gallinis et religio inest 10, 116. e quadripedum villaticarum talis fit dentifricium 28, 182. villarum saepta optinet tribuli genus 21, 98. in villa sata aquifolia arbor veneficia arcet 24, 116. ante villarum portas satus asphodelus remedio esse dicitur

contra veneficiorum noxiam 21, 108. villam si quis bryonia cinxerit, villaticis alitibus nihil timendum ab accipitribus 23, 28. villarum portis praefigunt lupi rostrum vel pellem ad arcenda veneficia 28, 157. neque villa fundum neque fundus villam quaerere debet 18, 32. in villas ambitio avaritiaque detorquet publicam salutem 31, 42. villas easque adeuntes homines asellis aut vehiculis aut mulieribus in parietibus pinxit Ludius 35, 116 seq.

VILLI arentes in quercubus, aegilope maxume 16, 33.

VIMINIBUS utilior salix nigra quam candida 16, 177. e vimine alvi fabricantur 21, 80. viminum bifidorum fascibus Cato utitur ad insita 17, 112.

VIMINALIS salix 16, 177 coll. 17, 143.

VIMINALIS collis unde nomen habeat 16, 37. in Viminali colle C. Aquilii domus magnifica 17, 2.

VIMITELLARII gens Latii 3, 69.

VINACEI per se minus capiti aut vesicae nocent quam nuclei 23, 14. vinaceorum halitu uvae graviores fieri existumantur 23, 12. ex vinaceis secundarium passum 14, 81. ex vinaceis facta lora 14, 86. vinaceorum usus in apparando vino sycite 14, 102. vinaceis utuntur ad servandas uvas 15, 66 seq. e vinaceis servatae uvae caput et vesicam et stomachum infestant 23, 11. vinaceorum usus ad conficiendam aeruginem 34, 111. e vinaceis Polygnotus et Micon atramentum fecere tryginon appellantes 35, 42. vinaceorum cinis quem usum habeat in medicina 23, 4 coll. 26, 40.

VINACIOLA uva ubi reperiatur 14, 38.

VINALIA priora cur instituta sint (cf. 18, 284) et quando agantur 18, 287, item quando agantur vinalia altera 18, 289.

In VINARIOS saccos cur addatur polenta 24, 3. utris vinarii hircini cinis sanguinem sistit 28, 240. cellae vinariae ubi sitae esse debeant 14, 133. cellae vinariae murra suffiri debent 14, 134.

VINCAPERVINCA semper virens, topiaria herba, quae a Graecis vocatur chamaedaphne, qualis sit 21, 68. inopiam florum aliquando supplet 21, 68. vincapervincae sive chamaedaphnes usus in medicina 21, 172.

VINCULA fiunt e genistis (cf. 24, 65), populis, ulmis, sanguineis fruticibus, betulla, harundine, vite, rubo, corylo, sed e salice praecipua (cf. 16, 174) 16, 176. ad vincula Aegyptus utitur cichorii radice 21, 88. vincula tiliae unde vocentur 16, 65.

VINDELICI contermini Noricis 3, 133. Vindelicorum gentes 3, 137.

VINDEMIAE maturitatis quae indicia sint 18, 309. vindemiae maturitatem promittit vindemitor stella 18, 309. vindemia quando et quomodo instituenda sit 18, 315 seq. vindemiae iustum tempus ab aequinoctio ad vergiliarum occasum dies XLIV 18, 319. vindemia nonnumquam peragitur kalendis Ianuar. 18, 319. acino plurumum refert si contingat vindemiare crescente luna 18, 316. per vindemiam inseri debent pira et mala 17, 112. vindemiae fine mellatio ericaei mellis fit 11, 42. vindemia quomodo prematur 18, 317. vindemiae pressura una quot culeos inplere debeat 18, 316. ad XX culeos et lacus XX iugeribus unum sufficit torculum 18, 317. vindemiantes in parietibus pinxit Ludius 35, 116.

VINDEMITOR, qui vindemiae maturitatem promittit, quando mane

exoriatur 18, 309 et 310. vindemitoris emersus variam tempestatem significat 18, 237.

Iulius VINDEX adsertor a Nerone libertatis quomodo captationi testamenti lenocinatus sit 20, 160 (cf. Sillig.)

VINDINATES gens Italiae 3, 114.

VINEAE oppugnationum rationem dedere 14, 19. quas in oras spetare debeant 17, 19 seqq. vineae non debent spectare ventum septentrionalem 18, 328. vineae salubribus locis subsolanum spectare debent 18, 337. vineae Italiae et Galliarum in volturnum spectare debent 18, 338. in vineis terra numquam quiescit intermissa cultura 17, 40. ad vineas quamnam cretam praeferant omnibus 17, 25. vineas urit fimum suillum nisi quinquennio interposito 17, 258. vineae lupinis pinguescunt 18, 134. vineas quae arbores protegere possint 17, 89. vinearum causa quaenam arbores quomodo serantur 17, 140 seqq. inter vineas seri ficus propter umbram non vetitum 17, 89. vinea austro flante non est tractanda agricolae 18, 329. ad vineae satum quando terram vertere bipalio oporteat 18, 236. quot operae iugero sufficiant 18, 236. vineae quando adcumulandae et putandae sint 18, 230. ad illud quot operae sufficiant 18, 230. vineae iugerum quot operae putent 18, 241. vinea quando pampinanda sit 18, 254 et 257. quot operae iugerum pampinent 18, 254. vineae quando pastinandae sint 18, 240. quando vinea vetus semel, novella bis fossa sit oporteat 18, 257. vineae quando sartura noceat 18, 254. vineas novellas Cato crebro adligari iubet 17, 197. ad vineas usus harundinis Italiae 16, 173. vineis harundo anno siccata utilior quam viridis 17, 146. vinearum pedamentis omnibus praefertur castanea 17, 147. in vineis adhibentur perticae e salice 16, 174. vineis maxume noxia robigo 18, 153. in vinea ne fiat convolvulus quid faciendum sit 17, 264. in vineis herba quaedam nascitur quam Achilleon esse putant 25, 44. in vineis gignitur androssemon 27, 26, item cynosorchis 27, 65, item echites 24, 139, item psyllion 25, 140. in vinea vetere Cato ocinum seri iubet, sed nihil quod granum faciat 17, 197. e vineis reditus quanti 14, 50 et 52. vineae quaedam celeberrimae 14, 49. a vinearum fertilitate Dionysias vocata Naxos 4, 67. — cf. *vitis*.

VINNIUS Valens, homo eximiarum virium, mirifica multa fecit quae insculpta monimento eius spectantur 7, 82.

VINOSA mala Punica 23, 106 seq.

VINUM sucus est qui fervendo vires e musto sibi fecit 23, 45. inter vinum et dulcia medium est aigleucos 14, 83. naturam vini habet hyoscyamos 25, 36. vinorum colores quattuor 14, 80. vina ex quibusdam vitibus vetustate in album colorem transeunt 14, 26. quaenam vina intra quadriennium albescant 14, 39. vina mustis odoratiora 21, 35. vinum dulce minus odoratum est, et quo tenuius, eo odoratius 14, 80. vinum dulce sine odore, tenue odoratius est multoque celerius talia ad usum veniunt quam pinguia 15, 110. vinum olet onotheras herba 26, 111. in vinum odores omnes facillime transeunt 14, 133. vino nimio ora faetent 11, 278. vinorum sapores 15, 106. vina dulcia utique inter se non congruunt 14, 75. vino proxumum gustu semen balsami arboris 12, 114. vini quendam

saporem habet potum viticis semen et vini modo caput temptat 24, 60. vini saporem facit Dionysias gemma ex aqua trita 37, 157. vini saporem reddit Media gemma 37, 173. vini natura non gelascit, alias ad frigus stupens tantum 14, 132. quodnam vinum temulentiam solum non faciat 14, 32. quodnam vinum solum flamma accendatur 14, 62. vino inter liquores proprium mucescere aut in acetum verti 14, 131. vino volgo attributa veritas 14, 141. vini culturam Eumolpus invenit 7, 199. vina nobilia non nisi in arbustis gignuntur et in his laudatiora summis, uberiora imis 17, 199. vinum vitibus vetustioribus melius, novellis copiosius 16, 117. vina asperiora in Fabiano pago Sulmonensis agri rigari cupiunt 17, 250. de vini adparatu Graeci privatim praecepta dederunt artemque fecerunt 14, 120. vinum ex eodem lacu aliud alias sive testa sive fortuito eventu 14, 59. vinorum primus fervor novem diebus cum plurumum peragitur 14, 124. vino alibi caelum praebent, alibi inpositis tectis arcent, alibi dolia infodiunt terrae 14, 133. vina Campaniae sub divo in cadis exponuntur soli, lunae, imbri, ventis 14, 136. vina inbecilla demissis in terram doliis servanda, valida expositis 14, 134. vinorum dolia qualia sint circa Alpes 14, 132, qualia in mitioribus plagis 14, 133. in usum cadorum ad condenda vina venerunt cucurbitae 19, 71 (cf. *dolia*). vini cellae quem situm habere debeant 14, 133. vini cellae murra suffiri debent 14, 134. in vino hodie cellarum modo nomina veneunt, statimque in lacibus vindemiae adulterantur, adeo ut ne proceres quidem hodie sinceris vinis utantur 23, 33. vinum in cella collectum quomodo administrandum sit 14, 132 seq. vina quando defaecanda vel etiam diffundenda sint 18, 232. vini apothecae fuerunt et diffundi solita vina anno urbis DCXXXIII 14, 94. transferre vina in ea vasa in quibus acetum fuit utilius quam in ea in quibus dulce aut mulsum 14, 128. vina in cellis fluctuant exoriente caniculae sidere 2, 107. vina quaedam in apothecis canis ortu mutantur posteaque restituuntur sibi 14, 118. vinum salamandra noxium reddit, item rana rubeta 11, 280. e taxo facta vinis vasa viatoria mortifera nonnumquam fuerunt 16, 50. vas si fiat ex hederae ligno, vina transfluere ac remanere aquam, si qua fuerit mixta, dicunt 16, 155. flos vini candidus probatur, rubens triste signum est, si non is vini colos sit, item vasa incalescentia operculave sudantia 14, 135. vina praeter soli vitia cultura quoque torva fiunt 17, 212. ceram accipientibus vasis vinariis vina acescunt 14, 128. vini contagio semper ocissima 14, 134. vini sapor brassica conrumpitur 19, 135. vino adversatur brassica ut inimica vitibus 20, 84. vini in vitium inclinantis experimentum est lamnae plumbeae mutatus in eo color 14, 130. vina cinere et gypso instaurantur, item aqua marina 14, 126. in vino gravem odorem cellarii apio eximunt 19, 188. vini sapor beta restituitur 19, 135. vini medicamina ex musto 14, 121. ad vina corrigenda valet myrti oleum 15, 124. vini odoris gravitatem emendat in saccos additus panis ustus 22, 139. vinorum pice et resina condiendorum quae ratio sit 14, 124. vino condendo vasis aptissima in Italia pix Bruttia 14, 127, alibi alia maxume probatur 14, 128. quid pici admisceant ad condenda vina 14, 128. vinum frigidum picari i. e. post vergiliarum occasum, pro nihilo ducunt 18, 319. in vinum

additur resina farinae modo tunsa 16, 54. antiqua vina ceteris vinis minuma aliqua mixtura medicamenta sunt 14, 56. vinorum reliquorum duritia Tmolitis vini dulci admixto suavitatem accipit et quodammodo aetatem 14, 74. vini asperitas quibus rebus mitigetur 14, 120. de vinis concinnandis praecepta Catonis 14, 129. vina conmendat anesum 20, 185. vino aromatite delectatos maxume priscos credunt 14, 92. in vinum deiecta buglossos herba animi voluptates auget 25, 81. vino additur calamus 14, 92. in vino usus croci 21, 33. vina defruto condita 14, 75. vino mire convenit Dionysonymphas herba 24, 165. vina mari condita 14, 73 et 75. vina murrae odore condita apud priscos lautissima erant 14, 92. vinum conmendant nuces amarae 20, 185. vina suco suo conmendat paliurus 13, 111. vino gratiam adicit radix panacis centaurii 25, 33. vinum condiunt herba in spina regia nata 13, 129. vinum fumo, herbis et medicaminibus tinguunt in Narbonensi provincia 14, 68. vino adiciuntur tinguendi gratia colores, unde pinguius fit 14, 130. vina quae celeriter florere odoremque trahere incipiunt, non durant 14, 136. vinum argeicae vitis vix annuum 14, 35. vinum ex helvennaca vite aestatem non exsuperat 14, 33. vina inveterantur saccisque castrantur nec cuiquam adeo longa est vita, ut non ante se genita potet 19, 53. vino vetustatem fumo dant mangones et patresfamilias 23, 39. vino cur vetustate taedium adferri natura noluerit 15, 7. vina transmarina omnia septem aut sex annis ad vetustatem mediam perveniunt 14, 79. vina iuvantur mari navigato, cuius iactatus his quae duraverint tantum vetustatis adicere sentitur quantum habuerint 14, 118. vino in doliis amphorisve quid duratricem firmitatem addat 14, 17. in vetustate qualis natura vinis sit 14, 55. vinorum genera 14, 53 seqq. vini genera in toto orbe LXXX sunt 14, 87. vina deuteria qualia appellentur 14, 86. vinum faecatum quale Cato appellet 14, 86. vinum picatum appellatur quod sponte naturae suae piceum resipit 23, 47. vina ex Viennensi, Arverno, Sequano Helvicoque agris per se picem resipiunt 14, 18. vina sua picata Viennenses plurumi vendunt eaque frigidiora reliquis existumantur in frigido potu 14, 57. vina Opimiana appellantur omnia Opimii consulatu genita 14, 94. vina ex Opimii tempore durantia qualia sint 14, 55. vina transmarina 14, 73 seqq. vinum Italiae praestantissimum 37, 202. quae vina olim clara fuerint 14, 53 seq. in vino patria terraque refert, non uva 14, 70. vini genera alia : liis gratiora 14, 59 seq. principes Romani quae genera praetulerint 14, 59 seq. quibus vinis olim in mensa auctoritas fuerit 14, 96 seq. vina transmarina diu in auctoritate fuerunt in Italia 14, 95. vino Graeco quanta olim gratia fuerit apud Romanos 14, 95 seq. quae vini genera quam sero Romae in auctoritatem venerint 14, 97. vinorum quattuor genera quando primum in mensa apposita sint 14, 97. vina olim rara in Italia 14, 88 et 90 seq. nunc nonnulli convivis alia quam sibimet ipsis ministrant aut procedente mensa subiciunt 14, 91. vinorum pretia 14, 56 seq. vini pretium L. Metelli tempore 18, 17. de vini Graeci amineique pretio quid Licinius Crassus et Iulius Caesar censores edixerint 14, 95. vini ficticii pridem innumerabilia fere genera reperta sunt, ad medicinae usum omnia pertinentia 14,

98—112. vini ficticii genera LXVI *Elench.* XIV. in vina transfertur apsinthii sapor 27, 46. vinum ex loto 13, 106. vinum fit e myrto 15, 118 et 123, e myxis 13, 51, e palmis 13, 27 et 14, 102, cuius plurumae differentiae 13, 40. vinum fit e rosa 21, 123, ex Vettonica herba 25, 84. vinum ficti cium cur bios vocari nequeat 23, 53. vina ficticia non diu durant 14, 115. cuiusnam ficticii vini gelidissima natura sit 14, 99. vinum etiam ex aqua et melle tantum faciunt 14, 113. in vinum longa vetustate transit aqua mulsa 22, 112. vini liquor intus gratissimus, foris olei 14, 150. vino neque viribus corporis utilius aliud neque voluptatibus perniciosius 14, 58. vinum pluribus prosit an noceat tardum dictu est 23, 31. ancipiti eventu potum statim auxilium fit aut venenum 23, 31. vini qualis vis sit in bibentis corpus 14, 58 et 23, 34 seq. vino sapientia obumbratur, ut est in proverbio 23, 41. vinum utilissimum, cuius vires sacco fractae 23, 45. misceri plura genera omnibus inutile est 23, 45. saluberrimum vinum est, cui nihil in musta additum, nec pix, nec marmor, nec gypsum, neque aqua marina 23, 45. vinum pice sola conditum innocentius est 23, 46. eius quae vis sit 23, 47. vino cuique sua saliva innocentissima, sua aetas gratissima 23, 40. vina exalbida vetustate salubria fiunt 23, 40. vina resina condita stomachis frigidis utilia existumantur, vomitionibus non expediunt 23, 46. vinum levissimum est quod celerrime inveteratur 23, 39. in vino dolorem capiti faciunt acinorum nuclei 23, 13. vinum ex uvis nigris maturescentibus minus iucundum 23, 10. vinum quo generosius est, hoc magis vetustate crassescit et in amaritudinem corpori minume utilem coit 23, 40. vinum inter cibos bibere quibusnam conveniat 23, 41. ieiunos bibere, quod novicium inventum est, cur non conducat 23, 41. vini potus ut cibos antecederet institutum Tiberio Claudio principe 14, 143. vinum bibentibus utilissimum aquae potum interponere, itemque iugem superbibere 23, 42. vinum merax quando Hesiodus bibi iubeat 23, 42. vinum vetus copiosiore aqua miscetur 23, 38. vinum aqua miscere Staphylus invenit 7, 199. vina nova veteres ne degustabant quidem, antequam sacerdotes primitias libassent 18, 8. vinum bibere Romae feminis non licebat 14, 89. vino debemus quod soli animalium non sitientes bibimus 23, 42. vini inmodico usu qui famam quaesiverint 14, 144. vini ut plus capiamus, sacco frangimus eius vires, cicutam praesumimus, item pumicis farinam 14, 138, alii alia faciunt ut sitiant 14, 139 seq. vini taedium adfert potus ex Clitorio lacu 31, 16. vini taedium adfert mullus in vino necatus, item rubellio piscis, item anguillae duae, item uva marina in vino putrefacta 32, 138. vina bibere et iumenta cogimus 14, 137. vino abstinere saepe in remediis est 28, 53. vini abstinentiam Asclepiades in medendo conmendavit 26, 13. de dando vino Asclepiades volumen condidit, de quo innumeri postea disseruere 30, 32. rationem qua vinum aegris mederetur Asclepiades reperit 7, 124. vini rationem apud priscos inlustravit Cleophantus 26, 14. Apollodorus in volumine aliquo suasit Ptolemaeo quae vina biberet 14, 76. de vinis ficticiis medicorum ostentatio 23, 52. vinum quem usum habeat in medicina 30, 34 seqq. quae vina in medicina maxume probentur 23, 33 seq.

quodnam vinum medicamentis aptissimum sit 14, 60. in quibusnam morbis vinum non dandum sit 23, 48 seq. quae vina et qualia aegris utilissima sint 23, 45, quae convalescentibus maxume probentur 14, 64. vini etiam vitium transit in remedia 23, 54. vinum cicutae venenum et terrae sanguinem dicit Androcydes 14, 58. vini natura excalfactoria remedio est cicutae, priusquam proveniat ad vitalia, sed in vino pota cicuta inremediabilis existit 25, 152. vinum subinde bibendum eis qui helleborum album colligunt 25, 50. vino odoratissimo adfunditur sebum vetus ad usum medicorum 28, 144 coll. 28, 142. adde de vini usu in medicina 20, 18, 38, 39, 46, 52, 62 (bis), 66 (bis), 73, 83, 102, 103, 104 (bis), 108, 111, 115 (bis), 121 (bis), 122, 124, 127, 128, 133, 134, 135, 136 (bis), 139, 140 (bis), 143, 145, 153, 154, 155, 159, 161, 162 (bis), 164, 166, 169, 172, 179, 185, 186, 187, 190, 195, 196, 198, 201, 204, 226, 229, 230, 233, 234 (bis), 235 (bis), 247, 248, 249, 251, 252, 256, 257 (ter), 260, 261, 264. — 21, 118, 126 (ter), 135 (bis), 136, 142, 144, 145 (ter), 148, 149, 151, 152, 157 (bis), 159 (bis), 162, 169, 171, 180. — 22, 18, 28, 32, 34, 49, 52, 58, 59, 62, 64 (bis), 65, 67, 68, 70 (bis), 71 (quater), 72, 77 (ter), 83, 84, 91, 100, 101, 104 (bis), 105, 122, 125 (bis), 126, 131, 132 (bis), 135, 138, 139, 140, 147 (bis), 151, 161. — 23, 4, 8, 16, 25, 63, 65, 70, 77, 81, 84, 85, 93, 101, 103, 105, 109 (ter), 114, 122, 123 (bis), 127, 128 (bis), 129, 132 (bis), 135, 138, 142 (bis), 144, 148, 153, 154 155, 157, 159 (ter), 162 (bis), 163, 165 (bis), 166. — 24, 6, 9 (bis), 16, 22 (ter), 27 (ter), 39, 44, 45, 46 (ter), 49, 52 (bis), 55, 58, 61, 67 (bis), 70 (bis), 76, 77 (bis), 78, 82 (bis), 87, 88, 90, 97, 100 (bis), 102, 114, 115 (bis), 116, 119, 120, 128, 132, 134, 135, 147 (bis), 150, 154, 174, 175, 176 (bis), 179, 180, 181, 188 (bis). — 25, 36, 65, 67, 88, 99, 100 (bis), 101 (ter), 102, 104 (bis), 107, 112, 113, 119 (bis), 125, 130, 138, 142, 144 (bis), 147, 166 (ter), 168, 175. — 26, 23, 29, 36 (bis), 42, 44 (quinquies), 45 (quater), 46, 49, 50, 53 (bis), 57, 64, 75, 76, 79, 80, 81, 83 (bis), 84 (bis), 85, 86, 87, 88 (quater), 89, 90, 91, 92, 94, 95, 102, 104, 105, 106, 109, 110, 111, 114 (bis), 117, 119 (ter), 120, 121, 122, 124, 127, 137, 139, 143, 149, 151, 152 (ter), 158, 160. — 27, 19, 21, 25, 27 (bis), 32, 33 (ter), 39, 42, 50, 60 (bis), 62, 67, 71, 76, 86 (ter), 87, 91, 96, 104, 113, 118, 125, 126 (bis), 129, 134, 135, 141, 142. — 28, 41, 102, 103 (bis), 116, 120, 137, 140, 150, 152 (bis), 153, 156, 162, 163, 171, 182, 190, 194, 196 (bis), 200, 202 (ter), 209, 211, 212 (bis), 213 (bis), 214 (bis), 215, 216, 227 (bis), 230, 231, 232, 234, 240, 242, 245, 254, 256, 259, 261, 264, 265. — 29, 30, 31, 41, 43 (bis), 44 (bis), 46, 47, 50, 51, 56, 59, 60, 78, 88, 101, 102, 126, 139. — 30, 22, 35, 36, 44, 50, 53 (bis), 54, 56, 59, 60, 61 (bis), 66 (bis), 77, 84, 86 (bis), 87, 88, 93 (ter), 94, 105, 108, 120 (bis), 129, 140 (bis), 141, 145, 148. — 31, 64, 92, 102 (bis), 103, 117 (bis), 121, 126, 127. — 32, 24, 30 (ter), 33, 34, 36, 38, 48 (bis), 53, 54 (bis), 66, 77, 81, 90, 93 (bis), 94, 101, 102 (bis), 103, 106, 114, 117, 120, 130, 133, 139. — 34, 119, 129, 131, 153, 168. — 35, 32, 181, 182 (bis), 196. — 36, 142, 143, 145, 156. — 37, 53. vini albi usus in medicina 20, 36, 87, 109, 115, 161, 175, 194, 207, 229. 21, 169. 22, 89, 100. 23, 99. 24, 45, 55, 155. 25, 100. 26, 76, 77, 87, 160. 27, 12, 59,

99, 120, 138. 28, 119, 224. 29, 116. 30, 78. 32, 100. 36, 155. vini nigri usus in medicina 20, 82. 21, 167. 24, 55, 148. 25, 149. 26, 36, 49, 120, 155, 161 (bis). 27, 86. 28, 197. 29, 110. 30, 60. 32, 67. vini rubri usus in medicina 22, 124. 26, 46 et 160. vini austeri usus in medicina 20, 56 et 103. 22, 46. 23, 98, 133, 164. 24, 79, 81, 119, 138, 139. 26, 45, 57, 98. 27, 88, 108. 28, 132, 170, 207. 29, 46. 30, 55, 56, 59. 31, 116. 32, 132. vini dulcis usus in medicina 20, 65, 128, 139, 161, 162. 22, 133. 23, 158. 26, 27, 81 (bis), 134. 27, 79. 28, 215. 32, 130. vini lenis usus in medicina 20, 258. vini calidi usus in medicina 24, 13. 26, 123, 139. 27, 4. vini tepidi usus in medicina 28, 193, 204 (bis), 206. vini cibarii usus in medicina 28, 207, item vini macri 28, 230, item vini meraculi 20, 209, item vini meri 27, 39 et 28, 213, item vini nobilis 26, 47, item vini odorati 22, 100. 23, 153. 34, 172. vini veteris usus in medicina 20, 115. 23, 74, 154, 160. 24, 51. 25, 41, 127, 175. 26, 40, 75, 89, 90, 119, 120, 123, 155. 27, 30. 28, 139 et 227. 29, 43 et 115. 32, 118. vini non veteris usus in medicina 26, 74. vini faex quem usum habeat in medicina 23, 63—65 coll. 21, 148 et 22, 169. vini vitia, sed non eius utilitates habet hydromeli 31, 69. vino, cuius suavitas ibi praecipua, in Thracum gente Aristaeus primus mel miscuit 14, 53. e quonam vino mulsum faciendum sit 22, 113. quaenam vina mulso praecipue conveniant 14, 75. vinum quae biberunt mulae non calcitrant 30, 149. vinum serpentes adpetunt 10, 198. non vino, sed lacte libavit Romulus 14, 88. quae vina dis prolibare nefas sit 14, 119. vina ex vite inputata dis libari cur Numa vetuerit 14, 88. vino respergere rogum Numa vetuit 14, 88. vinum ad unguenta adhibetur 13, 18. vini usus in crocino 13, 10, item in metopio 13, 8, item in unguento regali 13, 18, item in rhodino 13, 9. vino crocum facillime solvitur 21, 137. vino maceratur rosae folium 21, 121. vino perfusa semina frumenti minus aegrotant 18, 157. cum vino potum erucae semen duritiam cutis induit subituris verbera 20, 125. cum vino pota gelotophyllis herba risum facit 24, 164. in vino subfervefacti malobathri odor antecedit alios 12, 129. in vino servatur mandragorae radix 25, 149. in vino dulci defervescit melilotos 21, 151. vini lasere diluti vis in mala punica acida 17, 259. in vino condiuntur uvae 23, 11. vino mitigatur acetum 23, 57. vino utuntur in argenti spuma ad usum praeparanda 33, 108. vini usus ad praeparandam maltham 36, 181. vino perfusus uritur Phrygius lapis ac rursus vino dulci exstinctus adhibetur vestibus tinguendis 36, 143. vini faecis qualis natura sit 23, 63 seq. vini faex siccata recipit ignes ac sine alimento per se flagrat 14, 131. eius cinis nitri naturam habet, sed pinguior est 14, 131. vini faeces quando exprimendae sint 18, 318. vini faecis legitime coctae quale experimentum sit 23, 64. vini faecem arboribus aegris praeter ficos adfundi iubent 17, 259. faecis vini nigri vel Graeci usus ad lilia purpurea procreanda 21, 26. vini faece mire alitur Sabina herba 17, 98. vini prioris faece mustum condiunt 14, 120. e veni faece siccata fit atramentum 35, 42. in vino prodigia, velut in Arcadiae et Achaiae quibusdam vinis, item in Troezenio, Thasio, libanio, aspendio, vino quodam Aegypti et Lyciae 14, 116 seqq. vini prodigiosi XII genera *Elench.* XIV. — cf. *mustum*, *vindemia*, *vinea*, *vitis*.

VIOLAE magnitudinem habet lychnis 21, 18. violas imitatur iaspidis quoddam genus 37, 116. violae albae flori similis flos chamaecissi 24, 135. violae flos est arboribus quibusdam in Indico mari nascentibus 13, 141. in viola serotina conchylii color 21, 46. a viola amethystinus color trahitur in purpureum et ianthinum 21, 45. violae solus flos odorem habet, non item reliquae partes 21, 37. violae acutus odor non sine suco est 21, 37. violae odor suavior e longinquo, propius admotus hebetatur 21, 35. violae genera album, luteum, purpureum 21, 27 et 21, 130 seq. ia, a quibus ianthina vestis, quae proprie appellentur 21, 27 seq. violae quomodo serantur 21, 27. violae quando floreant 21, 64 et 68. viola alba maxume durat 21, 65. violae albae vita longissima trimatu, ab eo tempore degenerat 21, 69. violas praeter rosas e coronamentorum genere inter hortensia Romani novere paene solas 21, 14. viola adulteratur caeruleum 33, 163. violae silvestris et sativae usus in medicina 21, 130. violae recenti minor vis, ideoque arida utendum post annum 21, 131. viola propter apes seritur in hortis 21, 70. viola florente si qui morbi humano corpori inciderint, quamvis sanatos admonitionem eorum sentire dicit Pythagoras 24, 158.

VIOLACEA purpura 9, 136.

VIOR flumen prope Atlantem 5, 13.

A VIPERA echitis gemma nomen habet 37, 187. viperae quid pro auribus habeant 11, 137. viperis dentes gingiva conduntur 11, 164. viperae volva duplex 11, 209. viperae mas in coitu caput inserit in feminae os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine 10, 169. vipera terrestrium sola intra se parit ova unius coloris et mollia, tertia die intra uterum catulos excludit, dein singulis diebus singulos parit, viginti fere numero 10, 170. viperae catuli matris perrumpunt latera 10, 170. vipera animal parit pilo carentium animalium praeter delphinum solum 9, 43. vipera sola serpentium terra conditur 8, 139. vipera territa devorare dicitur lapillum 29, 69. viperam mulier praegnans si transcenderit abortum facit 30, 128. viperae quomodo virus in morsus fundant 11, 164. viperae venenis resistit laurus 23, 152. contra viperae ictum efficacissimum tragoriganum 20, 176. viperis quomodo quidam in cibis utantur 29, 120 seq. viperinis carnibus vescentes homines qui Athon montem incolunt, longissime vivont nec in capite nec in vestibus noxia animalia habentes 7, 27. viperina sanie et sanguine humano Scythae sagittas tingunt 11, 279. e vipera medicinae 29, 69 seq. e vipera et sale collyrium quomodo fiat et quem usum habeat in medicina 29, 120. e vipera pastilli theriaci fiunt 29, 70. viperae caput inpositum vel alterius quam quae percusserit, sine fine prodest, item si quis eam in vapore baculo sustineat aut exustae cinerem inlinat 29, 69. viperae comesae ulcera insanabilia sanant 30, 117. vipera discocta psilotrum est 30, 133. viperae ius pediculos e toto corpore pellit pruritusque totius cutis 29, 121. viperae cinis oculorum subfusionibus et caliginibus utilissimus 29, 119. cum vipera cremato sale podagra liberari pedes tradunt 30, 77. viperae cinis strumis prodest 30, 40. viperinus adips ambustis medetur 30, 109, oculis prodest 29, 121, podagrae utilis est 30, 77. viperae adipe peruncto omnes bestiae fugiunt 29, 70. viperini capitis cinis oculis inungui-

tur 29, 121. viperae caput igni sacro medetur 30, 106. viperini capitis cinis nervorum nodis medetur 30, 110. viperae caput quartanis prodest 30, 98. viperae cerebrum dentitiones adiuvat 30, 137. e viperae cerebro sanies cum coclearum inanium cinere procidentium interaneorum partes extremas prohibet 30, 136. viperinum fel quem usum habeat in medicina 29, 122. viperae iecur coctum qui hauserunt, postea non feriuntur a serpente 29, 71. viperinarum pellium cinis alopecias explet 29, 109. viperinae pellis cinis quomodo claritatem visus adiuvet 32, 72. viperinus sal in cibo sumptus ulceribus prodest 30, 117.

VIPIONES, qui sunt minores grues, in Baliaribus insulis in honore mensarum sunt 10, 135.

VIPSANDA porticus 6, 140 (cf. Sillig.).

VIPSTANUS cum Fonteio consul 2, 180 et 7, 84.

VIRI cerebrum maius quam feminae 11, 133. viris quibusdam post geniti pili sponte non gignuntur 11, 230. viris pili crescunt maxume in capillo, mox in barba 11, 230. in Indiae quadam gente viris plantae cubitales, mulieribus admodum parvae 7, 24. in viri ventre scirri, in mulieris utero molae exsistunt 7, 63. viro tantum in cruribus varices, mulieri raro 11, 252. mulier post quinquagesimum annum non gignit, alia in viris generandi vis 7, 61 seq. virorum cadavera supina fluitant, feminarum prona 7, 77. viri in coitum pigerrimi sunt florente scolymo 22, 86. viris sterilitatem facit pota clymenus herba 25, 70. viros steriles faciunt hederae nigrae corymbi 24, 78. virorum generationi oculisque contrariam putant condrion herbam 22, 91. virorum genituram exstinguit semen cannabis 20, 259. viris contra profluvia geniturae datur caucalidis semen 22, 83. virorum propudia inhibentur cinere unguium et corii lyncis 28, 122. virorum genitalibus exulceratis inspergitur aloe 27, 19. virilium mala sedat cunila bubula 20, 169. virilium vitiis prodest marrubium 20, 243. ad virilia nihil utilius putant rusci cauliculis ex aceto tritis 21, 173. virilia fovent lentisci mastiche 24, 43. ad virilium dolores datur hordei farina 22, 123. viris rabiem vinum quoddam in Arcadia natum inportat 14, 116. virorum insaniam Sinuessanae aquae abolere dicuntur 31, 8. virorum capillus canis morsibus medetur, capitis volneribus, quartanis, carcinomati 28, 41. virorum urina quem usum habeat in medicina 28, 66 coll. 30, 141. in urina virorum servatis vatillis candentibus si inponitur argenti ramentum candorem mentitur 33, 127. viri etiam corpus pumice levant 36, 154. viris in oriente decus existumatur in auribus gestare aurum 11, 136. viri in lacertis aurum gestant, quod Dardanium vocant, alii aliter 33, 40. viri Harpocraten et Aegyptiorum numinum statuas in digitis portare nunc incipiunt 33, 41. et viris decorum linum nere 19, 18. — cf. *homo*, *virilitas*.

VIRGIS magistratuum terribilis est betulla arbor 16, 75. virga sanguinea, cf. *sanguineus*.

VIRGILIENSES gens Hispaniae 3, 25.

VIRGINITATEM deprendit gagates lapis suffitu 36, 142. menses vel adspectu nocent si purgatio post virginitatem prima sit aut in virgine aetatis sponte 28, 79. asperrima vis profluvii per se annis virginitate solu-

ta 28, 85. mammae a virginitate inlitae cicuta semper stant 25, 154.

VIRGO si dextro pollice attingat comitiali morbo conlapsos, exsurgere dicuntur, qua coniectura censent virgines carnes eis edendas esse 28, 43. virgo nuda quomodo panos sanare credatur 26, 93. virgini letalis semper scorpionis ictus 11, 86. virgini fimum leporinum aut coagulum propinant magi, ut stent perpetuo mammae 28, 249. virginum mammas cohibent epimedii folia 27, 76. — cf. *virginitas*. — in *virgine* Iovis stellae apsis a terrae centro altissima 2, 64. in virginis parte XV Mercurii stellae apsis a suo centro altissima 2, 65. in virgine Mercurii sidus creberrimos exortus vespertinos facit 2, 77. virginem transmeante sole vel luna quomodo magi febres curent 30, 97. in virginem transgresso sole Nilus pigrescit 18, 167 coll. 5, 57. virginis XXIX partem sole optinente in totum remeat Euphrates 5, 90. — cf. *spica*.

VIRGO fons ubi oriatur, unde appelletur, a quo Romam ductus sit et qualis sit 31, 42. virginem aquam Romam duxit Agrippa 36, 121.

VIRIAE Celtiberice vocatur aurum quod in lacertis viri gestant 33, 40.

VIRIDIARIA (cf. Elench. XII) primus tondere instituit C. Matius 12, 13.

VIRIDIS color oculis aptissimus, praesertim zmaragdi 37, 62 seq. viride Appianum, e noviciis et vilissimis coloribus, quale sit et quomodo fiat 35, 48. cretulam amat udoque inlini recusat 35, 49. viride naporum genus 19, 75. viridis silex qualis sit 36, 169.

Ad VIRILITATIS vitia utilis axungia cum ferrugine rotarum 28, 141. virilitatis vitiis utile misy 34, 122. virilitatis vitiis infunduntur ova 29, 48. ad virilitatis vitia valet stomatice e punico 23, 109. virilitatis sordes contra scorpionum ictus valere putant 28, 51. — cf. *vir*.

VIRIO avis ipso solstitii die prodit 18, 292.

VIRIOLAE Celtice vocatur aurum quod in lacertis viri gestant 33, 40.

VIROVESCA urbs Hispaniae 3, 27.

VIRTUTEM pinxit Aristolaus 35, 137. Virtus, Euphranoris opus colosseum 34, 78. Virtutem adstantem Libero Patri et Philisco pinxit Parrasius 35, 70. Virtutis et Honoris aedes inperatori Vespasiano restituenti pinxerunt Cornelius Pinus et Attius Priscus 35, 120.

VIRTUS Iulia, cf. *Ituci*.

VIRUNUM Noricorum oppidum 3, 146.

VIRUS quomodo rebus trahat aurum 33, 84. virus fumidum vini vitium 14, 127. — cf. *aes*, *aurum*, *magnes* etc.

VIRES hominum utra parte maiores sint 7, 77. vires vino aluntur 23, 37. vires recolligentibus ab imbecillitate, quos atrophos vocant, datur lac asininum 28, 129. virium infirmitatem roborant nuclei nucis pineae 23, 142. vires adiuvant fici siccae 23, 121.

VISCUM in arboribus tantum vivit 13, 129. visci genera tria 16, 245. viscum proprie dictum in quibus arboribus nascatur, in quibus stelis, hyphear, adasphear 16, 245. viscum et robora ferunt 16, 31. viscum ferenti robori similem dicunt eonem arborem 13, 119. viscum fert buxus 16, 120. viscum quibusdam in locis fert chamaeleon herba 22, 45. viscum quale sit 16, 247. visci sucus et odor 16, 245. viscum satum nullo modo nascitur, nec nisi per alvom avium redditum, maxume palumbis ac turdis 16, 247. viscum nec aqua nec igni con-

rumpi posse dicunt 13, 119. visco ignis restinguitur 33, 94. viscum arboribus non prodest 17, 239, sed necat eas 16, 243. visco adversatur apsinthium 27, 50. visci veneno resistit lac asini 28, 158, caprinus caseus 28, 161, castoreum 32, 31, haedi coagulum 28, 162. contra viscum olim profuit oxymeli, nunc oxalme 23, 61. contra viscum valet merum 23, 43, item raphanus 20, 25, item resina 24, 36, item ruta 20, 132. contra viscum potum efficax tragoriganum 20, 176. visco Druidis nihil sacratius 16, 249 seqq. viscum suo vocabulo Druidae vocant omnia sanantem 16, 250, et cuicumque animalium sterili dare fecunditatem et contra venena omnia esse remedio putant 16, 251. quomodo a Druidis colligatur 16, 250 seq. visci qualis in medicina natura sit, quale sit optumum et quomodo ac quando medici utantur 24, 11 seq. quomodo efficacius fiat 24, 12. adde de visci usu in medicina 22, 103. 28, 245. 30, 111 (bis). visci floris usus in medicina 26, 21. viscum ulceribus utilissimum ferunt chamaeleonis herbae genera 22, 47. — *viscum* ex visci acinis quomodo fiat et quem usum habeat 16, 248.

VISCUS, cf. *Macrinus.*

VISCERA principalia membranis propriis includuntur 11, 198. viscera vinum haustum accendit calore 14, 58. viscera adstringit sucus e pomo mori 23, 139. viscerum singulorum hominis sapores dixere apud Graecos non pauci medicinae causa 28, 5. visceribus medicamenta mella aestiva 11, 37. visceribus medetur verbenaca 26, 37. ad viscerum acria colligenda usus raphani 19, 85. ad viscera interiora convolsa aut contunsa prodest potus lixivus cinis foci 36, 202. viscerum ramices sanantur ruta 20, 142. circa viscera dolores et morbum inminere quomodo urina significet 28, 68.

VISENSE oppidum in Africa proprie dicta 5, 30.

VISTILLUS sive VISTLA Germaniae amnis in oceanum defluens 4, 100. ad Vistlam usque fluvium habitant Sarmati, Venedi, Sciri, Hirri 4, 97. ad Vistlam flumen a desertis Sarmatiae quantum sit spatium 4, 81.

VISULA („visulla" Palimps.) vitis Sabinis collibus inprimis familiaris 14, 28, qualis sit 14, 27 seq. visula („visulla" Palimps.) vitis imis arboribus fertilior est 14, 31.

VISA nocturna oraculi modo reddit eumeces gemma capiti supposita 37, 160. — cf. *somnus, Venus.*

VISURGIS Germaniae amnis 4, 100.

VISU effascinantes homines inter Triballos et Illyrios 7, 16. in visus claritatem magna vis euphorbiae herbae 5, 16. visum conpurgat nasturtium 20, 127. visui nocere dicunt opium 20, 200. visus obscuritatem facere creditur vinum Falernum 23, 25. — cf. *oculus.*

VITA nisi carenti doloribus morbisque paena fit 28, 1. vitam non adeo expetendam censemus, ut quoquo modo trahenda sit 28, 9. vita vigilia est *praef.* 18. vita maxume inter omnia animalia fragilis homini 7, 5. vitae longioris aut brevioris praescita in corporibus ipsis esse dicuntur 11, 273 seq. vita sine arboribus degi non potest 12, 4. vitae humanitas chartae usu maxume constat 13, 68. vita non usquequaque profecit orbe terrarum conmunicato Romani inperii maiestate 14, 2. vitae pessumum scelus fecit qui primus aurum digitis induit 33, 8. vita ipsa nunc desiit, voluptas vivere coepit 14, 6.

VITALIBUS natura ossa h. e. pectus circumdedit 11, 207.

VITALITATIS magna portio in sanguine est 11, 221.

VITELLENSES gens Latii 3, 69.

L. VITELLIUS, postea censor, legatus in Syria cum fuisset, inde in Albense rus ficorum quaedam genera intulit 15, 83. Vitellius pistacia primus in Italiam intulit 15, 91. * Vitellii oratio contra Pisonem 11, 187. Vitellio maledicens M. Caelius 35, 165. Vetellius in principatu suo $\overline{X}$ $\overline{HS}$. condidit patinam, cui faciendae fornax in campis aedificata est et quam Vitellii paludem appellavit Mucianus 35, 163 seq. a Vitellianis Capitolium incensum 34, 38.

VITELLUS, cf. *ovum*.

VITEX, quam Graeci lygon, alias agnon vocant, non multum a salice vitilium usu distat, foliorum quoque adspectu, sed odore gratior est 24, 59. viticis semine maius semen satyrii erythraici 26, 97. viticis genera alba et nigra 24, 59 seq., ubi nascantur 24, 60 coll. 31, 44. vitices quem usum habeant in medicina 24, 60—63 coll. 30, 50 et 32, 29. viticis surculus ex milvi nido auxiliatur cervicis nervis et opisthotono 30, 35.

VITICINORUM urbem in Piceno Romani deleverunt 3, 108.

VITILIGO fit salamandrae sanie 10, 188. vitiligines tolluntur Alphio lacu 31, 11. vitiligines emendat fel caninum 30, 28. vitiligines concorporat polyanthemum 27, 112. vitiligines emendat ruta 20, 141, tollit sulphur 35, 177. vitiligini inlinitur telephion 27, 137. vitiligines albas ad colorem reducit columbinum fimum, item cantharides 30, 120. vitiligines albas tollit cappari 20, 165. ad vitiligines albas valet musca, item gallinarum fimi candidum, item vespertilionis sanguis, item herinacei fel 30, 121. vitiligines albas emendat nitrum 31, 118. vitiligines nigras emendant lupini 22, 156, emaculat narcissus 21, 129.

Ad VITILIA utilissimus holoschoenus 21, 113, sed aliorum quoque iunci generum idem usus 21, 114. ad vitilium nexus finduntur palmae folia 13, 30, utilissime chamaerepes 13, 39. vitilium usu non multum a salice distat vitex 24, 59.

VITILITIGATOR qui sit Catoni *praef.* 32.

VITIPARRARUM genus quomodo nidificet 10, 96.

A VITIBUS oleisque proxuma nobilitas palmis 23, 97. viti similior est balsami arbor quam myrto 12, 112. viti qualis caudex sit 16, 121. viti cortex membranaceus, tunicis multiplex, sponte rumpens 16, 126. vitibus corticis umor aquosus est 16, 181. vitis corticem mittit, sed non vitalem nec proxumum corpori 17, 234. viti folia latissima 16, 90, pediculum longum habent 16, 91. ne vitibus quidem circa Memphim et in Elephantine folia decidunt 16, 81. cuiusnam vitis folia sanguineo colore mutentur, priusquam decidant 14, 37. vitis folium habet cici arbor 15, 25. viti pulpa non est 16, 186. vitium surculis geniculati scaporum nodi intersaepiunt medullam 17, 152. ferulae et medullae quales sint 17, 152. gemma et oculus quid sit et quomodo fiat 17, 153. viti in oculo, quae dividuis arboribus in ramo natura est 16, 125. nodi in dextera surculi parte geniti firmiores sunt 17, 153. nodos, cum surculi seruntur, medios secare oportet ita ne profluat medulla 17, 154. vitis qualis umbra sit 17, 91. vitis in foro Romae umbrae gratia sata 15, 78. villas et domos ambiunt singularum vitium

palmites 14, 11. vitis Romae in Liviae porticibus 14, 11. vites apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerabantur 14, 9. in Cypro vites ad praecipuam amplitudinem exeunt 14, 9. vites ulmos ubique exsuperant, de quo facete lusit Cineas 14, 12. vitis non moritur fissa stirpe 17, 238. in vitibus nasci ferunt Eleaticum helleborum album 25, 49. inter vites colligitur peplis 27, 119. inter vites nascitur telephion 27, 137. vitibus praecipueque fertilioribus brevis vita 16, 241. vitibus non ubique eadem terrae ratio utilis 17, 25. vitibus Vergilius non inprobat terram quae felicem fert 17, 29. quaenam vites in frigidis umidisque locis principatum optineant 14, 23. quaenam vitis macro solo familiarissima sit 14, 33. vitibus utilissima calx 17, 47. vitibus nonnullis tantus locorum amor est, ut omnem in iis gloriam relinquant nec usquam transeant totae 14, 25 seq. quaenam vitis Italiam minume amet 14, 33. vitis principatus peculiaris Italiae 14, 8. vitis passim in mari nascitur 13, 138. vites in aquilonem ponendae 18, 334 et 336. vites aquiloni obversas poni suadent, unde et odoratiorem fieri fructum dicunt 17, 23. vitium genera innumera 14, 20 seqq. (vitium genera XCI Elench. XIV). quibus vitium generibus principatum detur 14, 21 seq. quaenam vitium genera celeberrima fuerint anno urbis sexcentesimo 14, 45. vitium quarundam iam etiam nomina abolita 14, 44. vites quaedam uva, non vino insignes 14, 40. vites quando concipiant (cf. 17, 189), quando germinent, quando floreant 16, 104. vitium conceptus exortu vergiliarum incipit 18, 287. vitis bis parturit 16, 101. vitis quotiens germinet 16, 99 et 101. vites statim in germinatione florent, sed tarde maturescunt 16, 102. vitibus florentibus qui dies decretorii sint 18, 287 seq. pubescentis vitis odori nulla suavitas praefertur 14, 8. quae vites celerrime maturescant 14, 24. cum vite incipit et desinit quinquefolium herba 25, 109. vites in iuventa fertiliores sunt, sed tardius maturant 16, 117. vites quaedam sunt triferae, quas insanas vocant, item biferae 16. 115. vite bifera bis anno vindemiant in Tacape 18, 189. vitis in Tacape sub punica nascitur, sub vite seritur frumentum, legumen, olus 18, 188. cuiusnam vitis uvae maxume durent 14, 37. vitibus vetustioribus vinum melius, novellis copiosius 16, 117. vitium cultura serior apud Romanos esse coepit quam arvorum 18, 24. Novarienses agricolae quomodo errent in vitis cultura, item quomodo Varracini et Carseolani 17, 212 seq. vitium numerosus satus est 17, 156 seqq. vites stolonibus plantantur 17, 67. vitis propagatur 17, 97. vites propagari verni operis est 18, 243. vitium taleae quales esse debeant 17, 156 seq. vitibus media sicciora et e summa parte conceptus, ideo illinc surculi petuntur 17, 103. quae taleae malleoli, quae sagittae, quae trigemmes vocentur 17, 156. inseri taleas eodem die quo deputentur utilissimum 17, 158. solum recipiendis taleis quale esse et quomodo pastinari debeat 17, 159. surculi et in scrobe et in sulco longiore quomodo serendi sint 17, 159. inter bina semina quantum intervallum esse debeat 17, 160. ita sati surculi quando recidendi, quando transferendi sint 17, 160. alia vitis serendae ratio luxuriosior per ossa bubuli cruris vel per colla fictilia 17, 161, item alia, quae fit medulla erasa, qua ratione acini uvae nihil intus ligni habituri sunt 17, 162. si vinea ab vite calvata sit, sulcos interponendos,

ibique viviradicem seri, umbram a sulcis removeri crebroque fodi Cato iubet 17, 196. soli et caeli natura quam vim habeat in vitium serendarum rationem et tempus 17, 169 seq. quiescere ventos sationis die utilissimum, plerique austros optant, Cato abdicat 17, 170. vites quando Cos insula serat 17, 133. vitem quomodo Cato inseri iubeat 17, 115. vitium surculi ad insitionem destinati quomodo optume serventur 17, 114. vitibus inserendis quando aptum tempus sit 17, 117. vites sativae silvestrium radicibus inseruntur, sativae si silvestribus inseruntur, degenerant in feritatem 17, 117. vitis insitiones quot et quando Cato fieri velit 17, 198. vitis emplastra non recipit 17, 121. in vitibus emplastrationi miscuerunt fissuram 17, 120. vitis etiam ita seritur, ut tota in terram vitis supplantetur cuneisque findatur et in sulcos plures simul ex una propagetur 17, 212. vites e semine quoque i. e. nucleo proveniunt 17, 59. vitium genera separari ac singulis conseri tractibus utilissimum, sed si misceantur, non alia quam pariter maturescentia iungi necessarium 17, 187. vinearum genera quinque, sparsis per terram palmitibus, aut per se vite subrecta, vel cum adminiculo sine iugo, aut pedata simplici iugo, aut conpluviata quadruplici 17, 164. alibi sudibus adminiculata est vitis, alibi per se stat sine ullo pedamento, arcus suos in se colligens et brevitate crassitudinem pascens, quod alibi venti vetant 14, 13 seq. alibi herbarum modo vagantur per arva ac sucum terrae passim uvis bibunt, quae ob id magnitudinem infantium puerorum in interiore Africa exsuperant, sed vina non alibi tristiora, quamquam uva non alibi gratior callo 14, 14. vites in terra spargunt plurumis locis 17, 185. quae vites arbore aut palis non indigeant 14, 40. per se vitem stare non sinunt nisi pedamenti inopia 17, 164. simplici iugo vites sustentantur porrecto ordine, quem canterium appellant 17, 165. ea ratio cur melior vino sit 17, 165. iugum unde fiat 17, 166. conpluviata vinea copiosior vino est 17, 166. ea unde dicatur et qualis sit 17, 166. eius serendi ratio triplex, in pastinato, in sulco, in scrobe 17, 166. sulci et scrobes quales esse debeant 17, 167 seq. longiores scrobes qui vites binas accipiunt e diverso, alvei vocantur 17, 168. vitis radicem in medio scrobe esse oportet, sed ipsam innixam solido in orientem aequinoctialem spectare, adminicula prima e calamo accipere 17, 168. vitibus levius fodiuntur rosae 21, 20. vineae quomodo limitandae sint 17, 169. quintanis semitari debent vineae 17, 169. inter binas vites quantum intervallum esse debeat 17, 171. in vinea obiter seminarium faciunt 17, 172. viviradix quomodo colenda sit 17, 172 seq. viviradice nihil vividius nascitur 17, 173. ex quibus arboribus optuma vitibus pedamenta vel ridicae fiant 17, 174. saluberrima in iugo harundo 17, 174. vitium palmites breviores cum sarmento iunguntur inter se funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur 17, 174. tertius vineae annus palmitem velocem robustumque emittit 17, 175. is quomodo colendus sit 17, 175 seqq. quando et quomodo ad iugum perducendus sit 17, 176 seqq., quomodo adligandus sit 17, 180. vitis deiecta pars aut praeligata fructum dat plurumumque ipsa curvatura, quod citra est, materiem mittit 17, 180. palmitum duo genera, pampinarium et fructuarium 17, 181. custos qui vocetur, item qui furunculus 17, 181, item qui draco vel rasilis 17, 206. vitis

antequam septumum annum a surculo conpleat, evocata ad fructum eiuncescit ac moritur 17, 182. veterem palmitem in longum et ad quartum usque pedamentum emitti, quod alii dracones, alii iuniculos vocant, non placet 17, 182. eo modo masculeta faciunt 17, 182. cum induruit vitis, pessumum in vinea traducere 17, 182. palmites quando amputentur 17, 183. in amputando custodem relinqui melius semper 17, 183. si per se vitis ordinetur sine pedamento, quid observandum sit 17, 184. vites in terra sparsae quomodo colendae sint 17, 185 seq. vitium iuga quando altiora, quando umiliora esse debeant 17, 187. iuga ad pedamentum quam artissimo nodo vinciri oportet, vitem levi contineri 17, 187. pedamentum inter duas vites utilius putant statui 17, 194. in quadripertita ratione quam proxumum oneri adminiculum esse debet 17, 194. vitis pampinos teneros adligari leviter porrigique ut recte stent Cato iubet 17, 197. idem vites subligari volt, ubi varia uva fieri coeperit 17, 197. quando et quotiens vineae confodiendae sint 17, 188 seq., quando et quotiens pampinandae 17, 190, 193, 197, quando (cf. 18, 240 et 337) et quomodo putandae 17, 191 seq. vitis sola tonsuram annuam quaerit 17, 257. vites annua tonsura coercentur et vis earum omnis evocatur in palmites aut deprimitur in propagines 14, 10. vites ubi tondentur, tondentur et oleae 15, 4. vites quo maturius putantur aptis diebus, eo plus materiae fundunt, quo serius, eo fructum uberiorem, quare macras prius conveniet putare, validas novissime 17, 192. inutiles iudicantur palmites in latere nati, non ab oculo 17, 194. vitium plagae non debent spectare austrum 18, 329. vineam ablaqueari prius quam putari iubent 17, 194. quam altissimam fieri vineam Cato iubet, idemque vetat in adligando nimium constringi 17, 195. capita vitium per sementem ablaqueanda, vineam putatam circumfodiendam, item ultro citroque sulcos perpetuos ducendos, vites teneras quam primum propagandas et occandas, veteres quam minumum castrandas esse Cato dicit 17, 195. idem vitem novellam resecari tum esse tempus putat, ubi valeat 17, 196. vitis arbusti ratio ab aliis damnatur et soli Italiae conceditur, ab aliis celebratur 17, 199. ad arbustas vites quae arbores eligantur 17, 200 seqq. vitem mas cupressus accipit 16, 140. vitibus populi placent 16, 173. vites in Campano agro populis nubunt maxume sublimes nec avelli possunt 14, 10 seq. rumpotinus sive opulus arbor vitibus repletur 14, 12. ulmo cum vite amicitia 16, 72. in disponendis arboribus arbustisque ac vineis quincuncialis ordinum ratio volgata et necessaria est 17, 78. intervallum arborum iustum quantum sit 17, 202. arbores ante XXXVI mensem attingi falce vetantur, alterna servantur bracchia, alternis putantur annis, sexto anno maritantur 17, 200. singulis arboribus denas saepe adnutriunt vites, damnato agricola minus ternis 17, 202. quomodo in arbustis serendae sint vites 17, 203 seqq. cur haec culturae vitium ratio ceteris praestet 17, 203. vitis in arbusto anno serius quam iugata fructum fert 17, 207. capreoli undique circumcidendi sunt 17, 208. vernacula putatio deiectis per ramos vitium crinibus circumvestit arborem crinesque ipsos uvis, Gallica in traduces porrigitur (cf. 17, 211), Aemiliae viae in ridicas atiniarum ambitu, frondem earum fugiens 17, 208. quidam sub ramo vitem vinculo suspendunt 17, 209. quibus

vinculis utantur ad suspendendum 17, 209. quidam vitem liberatam vinculo per aliquot dies vagari atque in terra recumbere sinunt 17, 209. arbor ipsa gaudet adsiduo levata onere similis respiranti 17, 210. arbusta quam altissime arari debent 17, 214. pampinari ea moris non est 17, 214. deputantur cum vite arbores 17, 214. vites protinus a vindemia putari et lassas etiamnum fructu edito inprobatur 17, 210. putatae rursus adligandae alio loco 17, 210. plagae in quam regionem spectare debeant 17, 214. in arborum tonsura supiniore velut calices faciendi, ne consistat umor 17, 214. quae vites olis aptissimae sint 14, 29 et 34. in Italia cultores deni in centena iugera vinearum sufficiunt 17, 215. vites per brumam coli non debent 18, 232. vitis sidus vergiliae 16, 104. vitem veterem quando et quomodo transferri Cato velit 17, 198. in vitibus transferendis quomodo quidam errent 17, 84. vitis riguis praecipue alitur 17, 247. asperiora vina rigari cupiunt in Sulmonense Italiae agro 17, 250. in vite falcem deprehendi a cuculo opprobrium habetur 18, 249. vitium morbi 17, 226 seq. coll. 229 seq. vites quando algore intereant 17, 217. vites frigore exuruntur in convallibus maxume et adpositae fluminibus 17, 232 seq. vites quibus ex causis nonnumquam minus tolerent frigora et aestus 17, 227. vites aduri, quod non antea, Aenos sensit admoto Hebro 17, 30. vites quas frigus retorridas hirtasque fecit, quomodo reficiantur 17, 246. vites insitae et novellae sub canis ortu siccitatium vapore saepe moriuntur 17, 223. viti serotinae aquae utiles 17, 17. vitem deflorescentem si percussit imber, pessumum est 17, 228. vitibus per solstitia imbres non conducunt 17, 14. viti inimicissimum cur sit pluvere circa vergilias 17, 11. quaenam vitis contra imbres et senectam fortissima sit 14, 35. quaenam vitis imbribus pinguescat 14, 34. quaenam vitis sola nebulis alatur 14, 34. vites quae rorem oderunt, contra solis ortus seri debent, quae amant, contra occasus vel septentriones 17, 22. quae vites contra pruinas fortissimae sint 14, 23. vites quaedam num non carbunculentur 14, 33. vitibus quomodo carbunculus et tempestates minus noceant 18, 293 seq. vites mucor maxume infestat 17, 116. vitibus etiam nimia fertilitas nocet 17, 223. vites saepe protinus moriuntur caelo fecunditatem omnem eblandito 16, 118. vitium luxuriantium radicibus circumcisis cinerem addidisse prodest 17, 254. vitium radicibus aquam salsam iubent adfundi, si sint lacrimosae 17, 261. si fructus vitibus decidant, si putrescat uva, si fertiles non sint, si fructum non maturent prius inarescentem, quid faciendum sit 17, 261 seq. vitis quas arbores aliasque res oderit 17, 240. vitium natura est saporem alienum in se trahere 14, 110. vitibus inimica brassica 20, 84 et 24, 1, inimicissima petraea brassica 20, 92. vitem odore laedunt laurus et raphanus 17, 239. vitis odit raphanum 19, 87. inter vites milium et panicum seri non debent 18, 101. vitibus vicia sucum praeripit 18, 138. a vitibus pecus omne, sed maxume lanatum arcendum 17, 188. a vite quomodo volucre quoddam animal uvas pubescentes praerodens arcendum sit 17, 265. vites in Campania erodunt biuri 30, 146. vitium radicibus tactis elaterio uvae non attinguntur ab avibus 20, 4. vites novellae tactu mulieris menstruae in perpetuum laeduntur 28, 79. vitibus quando suillum fimum,

item coriariorum sordes noceant 17, 258. vitem Cato in agro quaestuosissimam iudicat 18, 29. e vitibus quanti reditus sint 14, 50 et 52. vitis ipsa quoque manditur 14, 119. ex vite inputata vina cur Numa vetuerit dis libari 14, 88. cuiusnam vitis vina dis libari nefas sit 14, 119. vitis usus nullus in Taprobane 6, 91. vitis in medicina magnum optinet locum 14, 19. vitium usus in medicina 23, 3 seqq. vitis theriaca in Thaso vocatur, cuius et vinum et uva contra serpentium ictus medetur 14, 117 coll. 23, 14. vitium lacrima velut cummi est et usum habet in medicina 23, 3. vitium cummi, quod praeponitur amygdalino, quem usum habeat in medicina 24, 106 coll. 32, 70. vitium cummi infantium ulceribus aptissimum 13, 67. vitium foliorum usus in medicina 24, 63. e vitium cummi propolim apes faciunt 11, 16. vitium foliis utuntur ad servandas uvas 15, 66. ex vite vincula faciunt 16, 176. vitium sarmenta conbusta agro inarantur 17, 55. vite macra carbunculus, quae vocatur terra, emendari videtur 17, 29. e vitium sarmentis cinis vina instaurat 14, 126. e vitibus facta simulacra, templorum columnae et scalae, nam nulli ligno aeternior natura 14, 9. vitigineum dicitur esse Dianae Ephesiae simulacrum 16, 214. vitis centurionum in manu in castris summam rerum inperiumque continet 14, 19. vitis prodigiosa stirpe fructum ferens, item uvas ferens sine foliis 17, 241. vitis ex auro inter praedam Cyri fuit 33, 51. vitem auream Dario donavit Pythius 33, 137. cf. *uva*, *vindemia*, *vinea*, *vinum*. — *vitis alba* quibus nominibus a Graecis appelletur et qualis sit 23, 21. a vite alba quomodo differat bryonia 23, 27. e vite alba laudatissima oenanthe 23, 8. vitis albae radicis sucus quando colligi debeat 23, 26. vitis alba quem usum habeat in medicina 23, 22—26 coll. 32, 75. vitis albae semen remedium est contra gallinarum pituitam 10, 157. — *vitis nigra* sive bryonia quibus aliis nominibus appelletur, qualis sit, ubi maxume nascatur et quem usum habeat in medicina 23, 27. vitis nigra ossa infracta extrahit 23, 24, item corpus erugat 23, 26. adde de vitis nigrae usu in medicina 23, 135. — *e vite silvestri*, quae labrusca vocatur, fit vinum oenanthinum 14, 98. vites silvestres ferunt oenanthen 23, 8. vitis silvestris usus ad excudendum ignem 16, 208. vitis silvestris vim suam annum servat 27, 143 (cf. *labrusca*).

VITIS amnis Italiae 3, 115.

Ad VITIA corporum discutienda fiunt cataplasmata e piris 23, 115. vitia quae serpunt emendat alumen 35, 189. ad vitia quae sunt in umidis efficacissima oenanthe 23, 8. vitia auget balsaminum oleum non servato temperamento 23, 92. vitia nulla magis via inrepunt quam publica 36, 5.

VITRASIUS Pollio procurator Claudii Caesaris 36, 57.

VITRI natura qualis sit 36, 199. vitro nulla sequacior est materia aut picturae adcommodatior 36, 198. vitri modo fragiles arbusculae in mari Indico 13, 140. vitri officinis olim nobilis Sidon 36, 193. vitri artifex Sidon 5, 76. vitrum quando inventum sit 36, 191. quomodo olim factum sit 36, 193, quomodo nunc fiat 36, 194, quomodo in India fiat 36, 192. vitri fertiles harenas Belus rivos habet 5, 75. vitrum multa per saecula ex Beli amnis harenis factum est 36, 191. in vitro faciendo usus est nitri 31, 110. vitro faciendo quid

praeter nitrum harenae admisceatur 36, 192. ad vitri usum funditur Alabandicus lapis 36, 63. vitro fundendo utilis magnes lapis 34, 148. inter vitri genera maxumus honos in candido translucentibus, quam proxuma crystalli similitudine 36, 198. vitrum fit et rubens atque non translucens haematinum appellatum, item album et murrina aut hyacinthos sapphirosque imitans et omnibus aliis coloribus 36, 197 seq. inter vitri genera et obsianum numeratur 36, 196. vitrum flexile Tiberio principe excogitatum dicunt 36, 195. vitri usus ad potandum pepulit auri et argenti metalla 36, 198. ex vitri quodam genere Neronis principatu facti calices pretiosissimi 36, 195. e vitro fuit media pars scaenae in Scauri theatro, inaudito etiam postea genere luxuriae 36, 114. vitrum fuit in Scauri scaenae parietibus 36, 189. e vitro camarae novicium est inventum 36, 189. vitri fragmenta glutinat ovorum candidum calci vivae admixtum 29, 51. vitreis gemmis e volgi anulis admixtis cretae fit anulare 35, 48. vitro balsami arbor inciditur 12, 115. vitri mendacio nulla gemma imitabilior quam callaina 37, 112. vitro adulterantur carbunculi 37, 98, item iaspides 37, 117, item leucochrysi 37, 128, item obsianum 36, 197, item opalus 37, 83. vitro cretam Selinusiam vel anulariam inficiunt qui Indicum adulterant 35, 46. vitrea Trogodytae revehunt ex Ocilia 12, 88.

* VITRUVIUS citatur XVI. XXXV. XXXVI.

VITTA alba utebantur fratres arvales 18, 6.

VITULI nares imitatur antirrini semen 25, 129. vitulo quando litari liceat, quando non liceat 8, 183. vituli *caro* contra canis rabiosi morsum valet 28, 156, item contra hominis morsum 28, 156. vituli caro volnera recentia non sinit intumescere 28, 242. vituli carnem edentes circa conceptum pariturae mares dicuntur 28, 254. vituli *ius* contra canis rabiosi morsum valet 28, 156, item dysintericis et coeliacis medetur 28, 204. vituli *fel* auribus prodest 28, 175, capitis ulcera manantia sanat et lendes tollit, cicatrices extenuat 28, 245, cuti in facie prodest 28, 187, profluvium mulierum minuit 28, 253, ventris duritiam mollit 28, 253. volvae prodest 28, 253 seq. vituli *feminum* cinis ulcera sordida et cacoethe sanat 28, 243. vituli *fimum* articulariis morbis medetur 28, 223, auribus prodest 28, 175, cutem emendat 28, 185, hydropicis prodest 28, 232, igni sacro inlinitur 28, 233, inflationes discutit 28, 209, inflammata omnia sedat 28, 223, luxatis inlinitur 28, 234, melancholicis remedio est 28, 230, pedum articulis attritis medetur 28, 223, podagrae medetur 28, 220 et 223, sanguinem sistit 28, 239, contra scorpiones valet 28, 155, suppurationem minantia sedat 28, 223, testium tumorem cohibet 28, 215, varicum dolores sedat 28, 223, verrucas pedum aufert 28, 223. e vitulorum *naturis* factum glutinum medetur auribus fractis 28, 176. vitulorum e genitalibus factum glutinum lichenas vincit, item lepras 28, 186. vituli *liene* quomodo magi lienis doloribus medeantur 28, 201. vituli lien ulcera in ore infantis sanat 28, 259. vituli *medullae*, quibus secunda laus 28, 145, auribus prosunt 28, 175, coeliacis et dysintericis prosunt 28, 206, genarum vitiis aptae sunt 28, 169, oris ulcera et rimas emendant 28, 185, ulceribus vesicae medentur 28, 214, volvarum exulcerationibus prosunt 28, 254. vitulinum

sebum auribus prodest 28, 175, capitis ulceribus utilissimum est 28, 165, coeliacis et dysintericis prodest 28, 206, genarum vitiis aptum est 28, 169, oris ulcera ac rimas emendat 28, 185, pedis ungues scabros emendat 28, 223, sedis inflationibus prodest, maxume ab inguinibus sumptum 28, 216, testium tumorem cohibet 28, 215, contra venena auxiliatur quae exulceratione enecant 28, 161, venena omnia expugnat, privatim aconita et cicutas 28, 161, volvarum exulcerationibus prodest 28, 254. vituli sebo perunctos fugiunt serpentes 28, 150. adde de vitulini sebi usu in medicina 20, 162 et 31, 99. vituli *urina* auribus prodest 28, 175. vitulus, Menaechmi opus 34, 80. — *vituli marini* Homero celebres 32, 144. unde vituli nomen habeant 9, 41. vituli marini cartilaginem habent, non ossa 11, 215. vituli marini quid pro auribus habeant 11, 137, qualis ipsis lingua sit 11, 171. vituli marini oculi in mille colores transeunt subinde 11, 151. in vitulo marino solo e medio rene non exit pinguitudo 11, 206. vitulum marinum dicunt senectutem exuere et protinus devorare praecipientem comitiali morbo remedia 8, 111. vitulus marinus evomit fel suum ad multa medicamenta utile (cf. 11, 195), item coagulum 8, 111. pellis vituli corpori detracta sensum aequorum retinere dicitur semperque aestu maris recedente inhorrescere, praeterea dextrae pinnae vim soporiferam inesse narrant 9, 42. vitulus marinus fulmine non percutitur 2, 146. vituli marini quomodo coeant 9, 41. vitulus marinus animal parit in terra et secundas partus reddit 9, 41. vituli marini quot pariant 9, 41. mammis nutriunt fetus 11, 235. quomodo fetus educent et quando in mare deducant 9, 41. vitulo marino victus in mari ac terra 8, 111. pinnis natant et serpunt 9, 42. praeter vitulos et parvos delphinos nulla in Pontum intrat bestia piscibus malefica 9, 50. vituli marini spirant ac dormiunt in terra 6, 19. gravissimo somno premuntur 9, 42. vituli marini interficiuntur difficulter nisi capite eliso 9, 41. vituli marini mitescunt 10, 128, et disciplinam accipiunt 9, 41. vituli marini *adipe* faciem perungunt canis rabidi morsu potum expavescentibus 32, 57. vituli marini adips lichenas et lepras tollit 32, 83, podagrae prodest 32, 110, volvae vitio intermortuarum naribus instillatur coagulo eiusdem in vellere inposito 32, 130. vituli marini *coagulum* prodest comitialibus morbis 8, 111 et 32, 112, lethargicos excitat 32, 116, tetanicos adiuvat 32, 120. adde de vituli marini coaguli usu in medicina 26, 23, 113, 114. vituli marini *linguae* et *pedis* usus in medicina 28, 96. vituli marini *pellis* podagris medetur 32, 110. — cf. *phoca*.

VIVARIA suum ferorum ceterorumque silvestrium animalium primus togati generis invenit Fulvius Lupinus 8, 211 et 224, idem coclearum vivaria primus instituit 9, 173, ostrearum Sergius Orata 9, 168, piscium Licinius Murena, quem secuti sunt Philippus et Hortensius 9, 170. murenarum vivarium privatim excogitavit ante alios C. Hirrus 9, 171.

VIVENTANI gens Italiae 3, 114.

VIVERRIS ossea genitalia eaque calculo humano remedia 11, 261. viverrarum ope lepores venantur 8, 218. viverra comitiali morbo medetur 30, 90, item iocineris doloribus 30, 47.

VIVIRADICES sive propagines quomodo natura docuerit 17, 96. — cf. *arbor*, *vitis*.

VIVISCI cognominantur Bituriges Aquitanicae provinciae 4, 108.

VIVOM ferrum quid volgus inperitum appellet 34, 147. vivom linum i. e. asbestinon 19, 19 seq. vivos qui appellatur pyrites lapis plurumum ignis habet 36, 138. vivom sulphur apyron Graeci vocant 35, 175. — cf. *calx*.

VOCALIUM inpar numerus in nominibus inpositivis clauditates oculive orbitatem ac similes casus dextris adsignat partibus, par laevis secundum Pythagoram 28, 33.

VOCONIA pira qualia sint 15, 56.

Forum VOCONII urbs Galliae Narbonensis 3, 36.

VOCONTIORUM regio in Gallia Narbonensi 3, 34. Vocontiorum civitatis foederatae duo capita, Vasio et Lucus Augusti 3, 37. Vocontiorum pagus Vertacomacori 3, 124. Vocontii in Narbonensi provincia quale passi genus dulce vocent 14, 83. in Vocontiorum agro lapis de caelo delatus 2, 149. e Vocontiorum gente foederata Iulius Viator eques Romanus 7, 78. e Vocontiis eques Romanus a divo Claudio interemptus 29, 54.

VOLANE Padi ostium, olim Olane appellatum 3, 120.

VOLATERRANI Etruriae gens 3, 52. Vada Volaterrana prope Cecinnam fluvium 3, 50. in Volaterranum agrum palumbium vis e mari quotannis advolat 10, 78. Volaterranus Caecina eques 10, 71 et 11, 197.

VOLCARUM Tectosagum regio in Gallia Narbonensi 3, 33. Volcarum Tectosagum urbs Carcasum 3, 36. in Volcis iuxta Massiliam olim habitarunt Cenomani 3, 130.

Cum VOLCANALIBUS tonuit, fici cadunt 17, 260. circa Volcanalia seritur raphanus 19, 83. post Volcanalia serenda rapa et panicum 18, 314.

In VOLCANALI, quod Romulus constituit ex victoria de decumis, aequaeva urbi lotos 16, 236. (cf. *Volvanus*).

VOLCANIAE appellatae Aeoliae insulae 3, 92.

VOLCANIUM plastam Veiis accivit Tarquinius Priscus, cui locaret Iovis effigiem in Capitolio dicandam 35, 157. fecit et alia plastices opera 35, 157.

VOLCANI filius Aethiops 6, 187. Volcano sacra insula Hiera 3, 93. Volcano statis diebus in Mutinensi agro flamma exit 2, 240. Volcano sacrum diem Attici signum dedere mellationis aestivae 11, 40. inter Volcani et Neptuni dies festos optume seruntur rapa et napi 18, 132. — cf. *Volcanalia*.

C. VOLCATIUS Gurges senator cito mortuus 7, 181. Volcatium, qui Cascellium ius civile docuit, canis a grassatore defendit 8, 144. Volcatius Sedigitus inlustris in poetica unde cognomen traxerit 11, 244.

VOLCENTANI Lucanorum gens 3, 98.

VOLCENTINI cognomine Etrusci, gens Etruriae 3, 52.

VOLCIENTIUM Cosa prope Graviscas, a populo Romano deducta 3, 51.

VOLEMA pira Vergilius a Catone sumpsit 15, 56.

VOLGIENTIUM in Gallia Narbonensi Apta Iulia 3, 36.

VOLNERIS alicui inlati si quem paenitet, exspuit in mediam manum qua percussit, et levatur illico in percusso culpa 28, 36. volnera ex ferro quod magnetis virus accepit, asperiora fiunt 34, 147. volnera inflammantur superventu eorum qui pedibus iter

confecerunt 25, 15. volnera adgravantur introitu eorum qui umquam fuerunt serpentis canisve dente laesi 28, 31. volneribus medetur Achilleos herba 25, 42—44. volnerariis emplastris miscetur cruda aerugo 34, 115. ad volnera foliis aloes recentibus utuntur 27, 14. volneribus inponitur althaea 20, 230. volneratis datur althaeae radicis sucus 20, 230. volnera sanat alum 27, 42. volneribus inponitur amurca 23, 75, prodest anonymos herba 27, 31, aptissimum est anthyllum 21, 175. volneratis adplicatur aurum 33, 84. volneribus prosunt bulbi 20, 103. volneribus utilis cadmea ostracitis 34, 103. in volneribus magna vis centaurii 25, 67. volnera sanat chalcanthon, sed cicatrices tinguit 34, 127. volnera sanat combretum cum axungia 21, 133, item coriandrum 20, 216, item cucurbitae sativae folia 20, 16. volneribus prosunt cummium quaedam genera 24, 106. ad volnera utilis cunila bubula 20, 169. volneribus prodest damasonium 26, 143, draconum adips 30, 117, gallinarum cerebrum 30, 117, ex Gentiana factum lycium 26, 140, glycyrriza 22, 25, hyoseris herba 27, 90, *ἰσάτις* 20, 59, lamium 22, 37. volnera sanat lana ex vino vel aceto vel aqua frigida et oleo expressa 29, 31, item lanae cinis inlitus 29, 33. volneribus inponuntur lilii folia 21, 127. volnera sanat mandragorae radix 26, 145. ad volnera utilissimum myriophyllon 24, 152 (bis), item narcissus 21, 129. volneribus inspergitur oenanthe 23, 8. volnerariis emplastris utile oleum 23, 81. ad volnera utuntur papavere 20, 201. volneribus polium inlinitur 21, 145, inponitur porrum sectivom 20, 47. volnera sanat poterion 27, 123. ad volnerum usus resina resolvitur 24, 34. volnera sanat rhacoma 27, 128. volneribus adcommodata rhamnus 24, 124. volnera sanat rosmarinum 24, 99, item Scythica 26, 146. in volnerum curatione spongeae lanae sucidae vicem inplent 31, 127. volnera sanat stratiotes herba 24, 169. volneribus medetur telephion 27, 137. volnera omnia sanat e Parasino terra 2, 210. ad volnus inlinitur Teucria 26, 75. contra volnera valet thlaspi 27, 140. volneribus prodest ulmi lacrima 24, 48, item utilem putant ulmi corticem commanducatum 24, 49. volneribus prodest verbascum 26, 143, item viscum 24, 12. volnera sanant fontes quidam 31, 6. volneribus medentur Albulae aquae iuxta Romam 31, 10. volnerum medicinae apti fontes Araxi 18, 114. volneribus medentur Leucogaei fontes 31, 12, item lacus in Scotussa 31, 17. volnera nodo Herculis praeligata ocius sanantur 28, 63. volnera recentia sanat apsinthium 27, 51, item astragali radix 26, 145, item bolbine 20, 107, item brassica petraea 20, 93. ad recentia volnera magna vis cyclamini radicis 26, 144. volnerum recentium inpetus lenit halimon 22, 74. volneribus recentibus inponitur coccum ilicis 24, 8. contra recentia volnera valet stimmi 33, 102. volneribus vetustis prodest chironia 26, 139, item persolatae folia 26, 143. volneribus desperatis inponitur chelidonia 26, 141. volneribus in facie medentur bulbi 20, 102 (cf. *caput* etc.). volneribus calciamento factis prosunt Lysimachia, nymphaea, polythrix, verbenaca 26, 147. volnera ferro inlata efficacissime sanat heracleon siderion 25, 34. volnus ferro factum sanat militaris herba 24, 168, persolatae radix 26, 143, polycnemon 26, 148, suillum fimum 28, 241, glutinum taurinum 28, 243. volnera verberum

pellibus ovium inpositis oblitterantur 30, 118. volnerum sanguinem sistit aloe 27, 18. volneribus sanguinem cohibet androsaemon 27, 27. e volneribus sanguinis abundantiam reprimit aparine 27, 32. e volnere inmodice fluentem sanguinem sistit caballini fimi cinis 30, 112. volnerum sanguinem cohibet elelisphacos 22, 147. volnerum sanguinem sistit ferulae cinis vel carbo 26, 135, item hippuris 26, 134, item sideritis 26, 135, item spongeae cinis 31, 130, item vitium cortex et folia arida 23, 4. volneribus tonstrinarum sanguinem sistit aranei tela 29, 114 (cf. *sanguis*). volnerum inflammationibus inponuntur spongeae 31, 126. ad volnerum inpetus datur malva 20, 228. volnera recentia non sinit intumescere fimum bubulum, item caro vituli 28, 242. volnerum tumor sedatur ovium fimo 30, 114. ad volnerum dolores inponitur peplis 20, 214. volnera coercent spongeae 31, 127. volnera cohibet et serpere prohibet polium 21, 147. volnera lanae emolliunt 31, 127. volnera foventur brassica 20, 81. volnera spongeis utilissime foventur 31, 126. volnera purgat chalcanthum in emplastris 34, 126. volnera purgat chrysocolla 33, 92, ferri squama 34, 155, narcissus 21, 129. volnera siccat chelidonia 26, 141. volnera a bestiarum morsu repugnantia curationi suppurata siccat flos Assii lapidis 36, 133. volnera contrahit resina 24, 35, ulmi folia et cortex et rami 24, 48. volnera colligit bitumen 35, 181. volnera conglutinat bubonis cerebrum 30, 118, cocleae 30, 116, gramen 24, 179, haedi coagulum et feminum eius cinis, item hircini utris vinarii cinis 28, 240, holosteon herba 27, 91, mororum sucus 23, 134, myrobalani palma 23, 98, ovorum candidum 29, 41, vermes terreni 30, 115, vitium cortex et folia arida 23, 4. volnera spongeae veteres non glutinant 31, 125. volnera explet aristolochia 26, 143, item creta Eretria 35, 38. volnera ad cicatricem perducit aloe 27, 19, stomatice e mori pomo facta 23, 139, sideritis 26, 148, symphyton 26, 148, zmyrnion 27, 135. volnerum cicatricibus contrahendis efficax enhaemon medicamentum 12, 77. volneratum deficientem aere expressit Cresilas 34, 74.

VOLOGESOCERTA urbs prope Seleuciam Babyloniam cur condita sit 6, 123.

VOLOGESUS rex Parthorum Vologesocertam condidit 6, 123.

VOLPIBUS qualis cauda sit 11, 265. volpium caudam imitatur alopecis uva 14, 42, item alopecuros herba 21, 101. volpibus ossea genitalia eaque calculo humano remedia 11, 261. volpes quomodo coeant 10, 174. volpes informem partum edit rarumque est videre parientem 10, 176. contra volpes avibus quibusdam communes inimicitiae 10, 207. volpes et aesalon avis dissident, volpes contra eam adiuvat corvos 10, 205. volpes et nisi dissident 10, 204. a volpibus quomodo gallinacei defendantur 28, 265. volpes amygdalis amaris moriuntur, nisi aquam lambunt 23, 145. volpes in Creta non sunt 8, 228. volpes animal alioquin sollertia dirum in Thracia augurium 8, 103. volpes viva decocta podagris medetur 28, 220. volpium adips medetur aurium vitiis 28, 176, capitis ulceribus utilissimus est 28, 165, volvarum exulcerationibus prodest 28, 254, boum morbis medetur 28, 265. volpis masculae genitale capitis dolores sedat 28, 166. volpium iecur suspiriosis prodest 28, 197. volpium lingua lippitudinem ar-

cere dicitur 28, 172. volpium pulmo lienis doloribus prodest 28, 201, item suspiriosis 28, 197. volpium renes tonsillis prosunt 28, 189. volpinus sanguis contra mala medicamenta valet 32, 44. volpium testes sanant parotidas 28, 177, item strumas discutiunt 28, 191. — *volpis marinae* sollertia 9, 145 (cf. *alopex*).

VOLSIS prodest holosteon herba 27, 91, lilii radix 21, 126, perdicium 22, 43, ecligma e radice vitis albae 23, 25.

VOLSCI olim in Latio gens 3, 56. Volscorum litus 3, 38. Volscorum lingua Anxur dicitur quae ab aliis vocatur Tarracina 3, 59.

VOLSINIENSES Etruriae gens 3, 52. Volsinii oppidum totum concrematum ex fulmine 2, 139. circa Volsiniensem lacum lapicidinae Anicianae 36, 168. Volsiniis inventae molae versatiles 36, 135. Volsiniis infestum monstrum quod vocavere Voltam 2, 140. citra Volsinios in Tuscis urbs fuit, a cuius nomine trossuli vocati sunt equites Romani 33, 35. Volsinios cur expugnaverint Romani secundum Metrodorum Scepsium 34, 34.

VOLTA monstrum quoddam Volsiniis 2, 140.

VOLTURIS speciem habet percnopterus 10, 8. volturum praevalent nigri 10, 19. voltures sagacius homine odorantur 10, 191. voltures unguento fugantur, sed alios adpetunt odores 11, 279 (cf. comm.). nidos nemo attingit, unde fuere etiam qui putarent illos ex adverso orbe advolare falso 10, 19. in excelsissimis rupibus nidificant 10, 19. tredecim ova pariunt, sed uno reliqua ova et nidum lustrant 10, 19. fetus fere bini cernuntur 10, 19. voltures minores ex ossifragis progenerantur 10, 11. volturis pullum quidam putant esse inmusulum 10, 20. voltures triduo ante volare dicuntur, ubi cadavera futura sint 10, 19. voltures nisi ex procursu aut altiore cumulo inmissi non evolant et cauda reguntur 10, 113. non vescuntur quae pedibus rapuere 10, 113. voltures esse dicuntur semen silis 20, 36. volturibus nigris minor vis in medicina 29, 77. volturis iecur tritum cum sanguine suo, item pectus, item ipse voltur satiatus humano cadavere in cibo datus, item pulli eius cor medentur comitiali morbo 30, 92. volturinus adips cum ventre nervorum doloribus medetur 30, 110. e volturis capite ossa aut cerebrum prosunt capitis doloribus 29, 112. volturum cor habentes tuti sunt ab inpetu serpentium, ferarum, latronum et ab regum ira 29, 77. volturis fel eundem quem aquilae habet usum 29, 123. volturum pinna si scalpantur dentes, acidum halitum faciunt 30, 27. volturina pinna partus adiuvat 30, 130. volturum pinnarum nidore serpentes fugantur 29, 77. volturinus pulmo sanguinem reicientibus prodest 30, 50. volturis pulmo venerem concitat 30, 141. volturis sanguis lepras sanat 30, 30.

VOLTURNUM oppidum cum amne in Campania 3, 61. in Volturno amne harena alba invenitur vitro faciendo apta 36, 194. Volturnum transnatans Fronditius miles adversus Hannibalem praeclara facinora edidit 17, 7.

VOLTURNUS sive eurus unde flet (cf. 2, 119) et qualis sit 18, 338. volturnus coro contrarius 2, 124. volturno vento ex India navigant 6, 106. volturnus siccus et tepidus 2, 126. volturnus quando non duret in noctem 18, 339. in volturnum apiaria et vineae Italiae Galliarumque spectant 18, 338.

In VOLTU ac facie nullae duae in tot milibus hominum indiscretae effigies exsistunt 7, 8. voltum iuveniorem praestat anesum 20, 186. voltus totos occupat mentagra 26, 2.

VOLUBILE oppidum Mauretaniae 5, 5.

VOLUCRES non attingunt veneno defunctos 2, 156. volucres advenae non certum veris indicium 18, 209. volucrum emissarum terramque petentium cursum comitantur qui in Taprobanen navigant 6, 83. e volucrum natura quid summum pretium habeat 37, 205. cf. *avis*.

Ad VOLUMINA scribenda quonam atramento utantur 35, 41 et 43. in voluminum scriptura minium usurpatur 33, 122.

P. VOLUMNIUS, Servius Sulpicius CSS. 2, 147.

VOLUPTAS nunc vivere coepit, vita ipsa desiit 14, 6.

L. VOLUSIO Saturnino in urbis praefectura exstincto Cornelia Scipionum gentis genuit Volusium Saturninum post LXII patris annum 7, 62. Volusio Saturnino urbis praefecto qui XC excessit annum, omnibus annis e naribus sanguis profluit 11, 223. L. Volusius Saturninus omnium quos in consulatu sententiam rogaverat superstes fuit 7, 156.

VOLVA in reliquis animalibus vocatur, quod in feminis alio nomine locos appellant 11, 209. volva qualis in singulis animalium generibus sit 11, 209 seq. volva eiecto partu melior quam edito. eiecticia vocatur illa, haec porcaria 11, 210. in muliere volva geminos sinus habet ab utraque parte laterum, funebris, quotiens versa spiritum inclusit 11, 209. volvis inimicum Marmaricum cappari 13, 127. volvae conversione feminarum sexus ei malo maxume obnoxius quo anima corpore semianimi relicto vagatur et e longinquo multa adnuntiat quae nisi a praesente nosci non possunt 7, 174 seq. volva si corrigitur, spiritus restituitur 7, 175. volvae excidunt, si removentur adalligati gravidis aetitae ante parturiendi tempus 36, 151. volvarum dolori prodest anesum 20, 191, asparagus 20, 109, centaurium maius 26, 153, chamaesyce 24, 134, chrysocomes radix 21, 148, circaea herba 27, 60. contra volvae cruciatus inponitur feni Graeci farina 24, 186. volvarum dolori medetur ladanum 26, 157, mollit eum lupi iecur 28, 247, tollit melitinus lapis 36, 140, medetur muliebre lac 28, 74, nymphaea Thessala 26, 155, prodest plantago 26, 153. contra volvae tormenta utilis raphanus 20, 27. volvarum dolori utilis urtica 22, 34, item vinum picatum 23, 47. volvis medetur Aethiopis herba 27, 12. volvae vitia emendat ampelos agria 27, 44. volvis prosunt anemonae 21, 165. volvis utilissimae anthyllides 26, 160, item anthyllum 21, 175. volvae medetur artemisia 26, 159, prodest asarum 21, 134, item asinini fimi cinis 28, 251. volvarum vitiis medetur atriplex cum beta 20, 220. volvam suffiri caprino cornu utile 28, 255. volvae prodest castoreum 32, 132. volvis utiles cedrides 24, 20. volvis laborantibus prodest cornus cervini cinis 28, 246. volvis suffitu prodest cervinus pilus 28, 246. volvae vitiis medetur chalcitis 34, 118. volvis prodest cicinum oleum 23, 83. ad volvae vitia bibitur circaea herba 27, 60. volvam sanat cissanthemos 26, 156. volvis salutaria intestina crocodili suffitu, item vellera quae infecta sunt vapore crocodili circumdata 28, 110. ad volvarum vitia datur cuminum 20,

161. in volvarum vitiis efficacissimus cortex elates palmae 23, 99. volvae iuvantur lacte equino 28, 252. volvarum vitiis prodest erynge 22, 21. volvis utilis ferulae medulla 20, 261. volvis medentur nigra grana glycysides 27, 86. volvae prodest habrotonum 21, 161. volvas suffiri haedorum pilis utile 28, 256. volvis prodest hyaenae volva 28, 102. volvis datur iuniperi semen 24, 55. volvae prodest lac crudum 28, 128, item e lauri foliis aut cortice aut bacis decoctum 23, 152. volvis prodest lens 22, 143. volvas adiuvat leporis pulmo 28, 248. volvae utilis linozostis 25, 40, item melilotos 21, 151. volvae medetur menarum capitis cinis 32, 130. volvae utile meum 20, 253. volvis inponitur aqua mulsa cum pane molli 22, 112. volvae prodest myrtidanum 23, 164. volvis albae olivae amurca in lana admovetur 23, 74. volvae paenis mire resistit ostracei suffitus 32, 134. volvae medetur percarum capitis cinis 32, 130. volvae prodest rosae sucus 21, 121 et 123, rosmarinum 24, 100, rubi caules 24, 118, ruta 20, 136 et 139, sphagnos 24, 27. in volvarum vitiis datur radix spondylii 24, 26. volvis laborantibus prodest fel taurinum 28, 246. volvae vitiis resistit urtica 22, 33. contra volvarum vitia bibitur Vettonica 26, 151. volvas conversas corrigit puleium 20, 154. volvas suffitu corrigit asini lien 28, 251. volvam aversam corrigunt cocleae 30, 126. volvas conversas corrigit galbanum 24, 22. volvas corrigit ladanum 26, 157, item laricis et piceae corticis cinis 24, 28. volvae conversiones emendat pix 24, 39. volvas corrigit polemonia 26, 152, puleium silvestre 20, 157, staphylinus 20, 30. volvas contractas aperit porrum capitatum 20, 48. volvam aperit caprifici sucus 23, 126. volvas aperit cyperos, largiore potu expellit 21, 118. volvae praeclusae medetur styrax 24, 24. in volvarum strangulatu bibitur agaricum 26, 155. volvae strangulatus sedat anesum 20, 194. volvae strangulatum emendat antirrinon 26, 155. volvarum strangulationes olfactu discutit bitumen 35, 182. volvis strangulatis blattas inlinunt 30, 131. volvae strangulationibus occurrit crethmos 26, 158. in volvarum strangulatu utile crocum 21, 137. volvae strangulationes aperit cuminum silvestre 20, 162. volvae strangulatu oppressas excitant delphini adipe accensa linamenta 32, 129. volvae strangulationes recreat gagates 36, 142. volva strangulante subvenit galbanum 24, 21, item geranii radix 26, 158. contra volvarum strangulationes valet melissophyllon 21, 149. volvae morbo strangulatae feminae respirant nidore capillorum muliebrium 28, 70. volvae strangulatum emendat nymphaea Thessala 26, 155, item peristereos 26, 155. volvae strangulatus recreat peucedanum 26, 156. in volvae strangulatu bibitur plantago 26, 153, datur sagapenon 20, 197, utile scillinum acetum 23, 59, item spondylium 24, 25. volvae strangulatu oppressas excitant strombi in aceto putrefacti 32, 129. volvae strangulatus aperit urtica 22, 32 (cf. *strangulatio*). volvarum exanimationes excitat castoreum 32, 28. volvarum conversione suffocatas excitat sinapi 20, 238. volvae vitio intermortuarum naribus instillatur vituli marini adips coagulo eiusdem in vellere adposito 32, 130. volvae concitatae cypri sucus adponitur 23, 90. volvas suspiriosas emendat pix liquida 24, 40. volvam procidentem sistunt acaciae pastilli 24, 110, item

acetum 23, 56. volvas procidentes reprimit arietis vellus 29, 32, inhibet aristolochia 26, 154,reprimit bitumen suffitu 35, 182, item fimum e mare bove 28, 253, sistit butyrum 28, 252. volvas procidentes fovent gallis inmaturis 24, 10. volvae procidenti utilis sucus floris malorum 23, 103. volvarum procidentiae utilis farina foliorum myrti 23, 161. volva procidente datur onochilon 22, 52, item urtica 22, 31, item viola 21, 130. volvae exulcerationi medetur amurca 23, 75, asini sebum 28,250, felium excrementa 28, 254. volvis exulceratis utile fenum Graecum 24, 187 (bis). volvae ulceribus medetur hordei sucus 22, 134, item ladanum 26, 157. volvae exulcerationi medetur myrtidani sucus 23, 164. volvae exulceratae medetur myrteum oleum 23, 87. volvarum exulcerationibus prodest vituli medulla cum sebo, item adips volpium 28, 254. in volvis umida sanat myrti oleum 23, 162. volvae vomicas sanat menta 20, 148, item ocimum silvestre 20, 124. volvarum scabiem sedat adips anserinus 30, 131. volvae inflammationes sedant arietis vellera 29, 32. volvis inflammatis contractisque admoventur strigmenta e gymnasiis 28, 50. volvae inflammationibus medetur oesypum 29, 37. volvae fluctiones sistit cortex elates palmae 23, 99. volvarum duritias et collectiones sanat adips anseris aut cygni 30, 130. in volvarum duritia bibitur anthyllum 21, 175. volvarum duritias emollit asini sebum 28, 250. volvam induratam aperit fel bubulum 28, 252. volvarum callum emollit fel caprinum 28, 255. volvae duritiae sive tumori sive contractioni medetur fenum Graecum 24, 184. volvas emollit lilii sucus 21, 127, lirinum oleum 23, 95, lupi adips 28, 247, malva 20, 228. in volvarum duritia utile parthenium 21, 176. volvae duritias emendat pix 24, 39. volvas emollit radicis et foliorum sambuci decoctum 24, 52. volvae duritie laboranti medetur styrax 24, 24. volvae inflationi prodest fimum aprunum vel suillum 28, 249. volvarum inflationes discutiunt cocleae 30, 126 seq. volvarum inflationibus occurrit geranii radix 26, 158. volvae inflationes sistunt ovorum lutea 29, 44. volvae onera extrahit resina 24, 36. volvas calefacit oleum sampsuchinum 21, 163. volvas purgat faex aceti 23, 67, ageraton 27, 13, ammi 20, 164, artemisia 26, 159, chamaepitys 24, 30, hippuris 26, 158, myrti silvestris radix 23, 165, ocimum 20, 123, panaces 26, 152, porrum sectivom 20, 47, silphii folium 22, 100, struthion 24, 96, urtica 22, 34, viticis semen 24, 62. volvis confert aliquid cardui radix ut mares gignantur 20, 263.

VOMANUM flumen in agro Piceno 3, 110.

VOMERUM plura genera 18, 171 seq. vomeri quae apta terra sit, quae minus apta 17, 33. vomer quo primus sulcus in eo anno in agro ductus est, si excussus aratro foco larum familiae absumptus est, lupus nulli animali in eo agro nocet 28, 266.

VOMICAS sanat chamaedrys 24, 131, emendant cocleae 30, 48, rumpit marrubium 20, 244, sanat mel in quo apes sunt inmortuae 30, 50, discutit paliuri radix 24, 115. ad vomicas praecipuum petroselinum 20, 118. vomicis prodest peplis 20, 213, item perdicium 22, 43, item vinum picatum 23, 47. vomicas concoquit et mollit viticis semen 24, 62. volvae vomicas sanat menta 20, 148, item ocimum silvestre 20, 124. Pheraeus

Iason a medicis deploratus vomicae morbo, cum mortem in acie quaereret, volnerato pectore medicinam invenit ex hoste 7,166. — in argenti venis lapis est, cuius vomica liquoris aeterni argentum vivom appellatur 33, 99 coll. 119. vomica crystalli vitium 37, 28.

VOMITIONES homini canis monstrasse videtur 29, 58. vomunt homines et canes animalium sola 11, 199. vomitione rara sibi mederi utile homini 28, 54. vomitiones in acrium et nimiorum ciborum remedium excogitatae frigidiora corpora faciunt, inimicae ocalis maxume et dentibus 11, 282. vomitiones a medicis institutae mores Romanos conruperunt 29, 27. vomitiones olim supra modum frequentes damnavit Asclepiades 26, 17. vomitiones instabili volutatione navium conmotae quibus morbis prosint 31, 63. vomitionibus meatum praeparant raphani 19, 85. vomitiones facit aes e melle sumptum 34, 105, item anagyri semen 27, 30. vomituris multi anesum dant cum lauri foliis 20, 193. asphodelus conmanducata vomitiones adiuvat 22, 70. vomitiones movet atriplex cum malva aut lenticula 20, 221, item bulbus vomitorius 20, 107. vomitus facit cappari Apulum 13, 127, item characiae semen 26, 64 seq. vomitiones concitat chrysocolla 33, 92, facit daphnoidis folium 23, 158, movet epithymum 26, 55, item ervom 22, 153. ad vomitiones helleborum efficacius quam mandragoras 25, 150. vomitionem facit heraclion 20, 207. vomitiones faciles praestat hysopum 26, 40 coll. 25, 136. vomitiones ciet iris 21, 142, concitat lactoris herba 24, 168, movent lauri folia 23, 153. vomitiones faciles praestat molemonium 26, 40. vomitiones concitant mulli inveterati tritique in potione 32, 91. vomitiones incitat aqua mulsa 22, 112. vomitorius est narcissus 21, 128. vomitionem movet nitrum 31, 119. vomitiones contrahit peponis radix et cortex 20, 11 seq. vomitionem salutarem facit proserpinaca 27, 127. vomitiones faciles praestat sillybi 26, 40. vomitiones sory quibusdam facit vel olfactum 34, 120. vomitiones a cena faciles praestat urtica 22, 32. vomitiones faciles praestat Vettonica 26, 40. vomitionem movet zmyrnion 27, 134. vomituris ieiunis inimicae inglandes 23, 147. vomitionibus cavenda mala Punica 23, 106. vomitionibus non expedit vinum resina conditum, sicut neque mustum neque sapa neque passum 23, 46. vomituris summo cibo esse raphanum putant utilissimum 20, 28. post vomitiones utile siser 20, 34. vomitiones cohibet anesum 20, 189. vomitionum remedium esse dicuntur cimices 29, 63. vomitionem sistit cuminum silvestre 20, 162 et 26, 41, graminis semen 24, 180, helleborum 25, 58 coll. 56, melimela 23, 104, menta 20, 149, peplis 20, 213, saliuncae radix 21, 144. vomitiones cohibet serpyllum 20, 248, inhibet sesima 22, 132. ad vomitiones valet serpyllum 20, 246. vomitiones sistit Vettonicae farina 26, 41, item vinum 23, 38. vomitionum consuetudinem sistunt claviculae quibus repunt vites 23, 5. vomitionibus ieiunorum prodest scillinum acetum 23, 59. vomitionibus crebris quae contrahuntur vitia sanat ocimum silvestre 20, 124.

VOMITORIUS bulbus qualis sit 20, 107.

VOPISCI appellantur e geminis qui retenti utero nascuntur altero interempto abortu 7, 47. Caesar Vopiscus causam apud censores agens campos Rosiae dixit Italiae sumen esse 17, 32.

E VOSEGO monte materies laudatissima 16, 197.

VOTIVI ludi pro Augusti salute 7, 158.

Ad VOTA suscipienda magi et Parthorum reges nyctegreto utuntur 21, 62. votis interesse vetuerunt maiores qui digitos inter se pectinatim inplexos habebant circa genua aut poplites alternis genibus inponebant 28, 60.

VOTURI Gallorum gens in Phrygia 5, 146.

VOCEM animalia non habere nisi quae pulmonem et arterias habent Aristoteles putat 11, 266. vocem quomodo et qualem nonnulla animalia edant 11, 266 seqq feminis fere exilior vox quam maribus 11, 269. totidem sunt voces quot in rerum natura mortales et sua cuique sicut facies 11, 271. vox in homine magnam voltus habet partem 11, 271. voce fit animi explanatio, quae nos distinxit a feris 11, 271. in nullo alio animali saepius mutatur vox quam in homine 11, 270. vox roboratur XIIII annis, in senecta exilior est 11, 270. quorundam ars in imitandis vocibus animalium 11, 174. pro voce latratum edit hominum genus in India 7, 23. sine voce Choromandarum gens 7, 24. non vox, sed stridor Trogodytarum cuidam genti 5, 45. in orchestris quando vox devoretur 11, 270. currit eadem recto vel conchato parietum spatio quamvis levi sono dicta verba ad alterum caput perferens, si nulla inaequalitas inpediat 11, 270. vocum reciprocarum causa aer 2, 115. voci contrariae fici 23, 120. vocem obtundunt myaces 32, 96. voci nocere putant raphanum 20, 28. vocem homini quem priores contemplantur lupi ad praesens adimunt 8, 80. voci plus confert alium coctum quam crudum, elixum quam tostum 20, 54. ad vocem nihil praestantius esse tradunt eriphia herba 24, 168. voci utilissimus glycyrrizae sucus 22, 25. in raucitate vocem reddit laser 22, 104. voci prodest lomentum 22, 141, item menta utilis 20, 149. vocem alit nymphaea heraclia 26, 94. voci utilis est panis primus cibus 22, 139. vocem firmat peplis 20, 212, alit lamna plumbi 34, 166. voci multum confert porrum capitatum 20, 49. vocem restituit proserpinaca 27, 127, adiuvant siluri in cibo sumpti 32, 90. a vocis contentionibus laboranti prodest Vettonica 26, 137. vox venere revocatur, cum e candida declinat in fuscam 28, 58. vocem limpidam et canoram facit sandaraca 34, 176. voces canoras facit fons prope Zamam 31, 15. voci splendorem adfert porrum sectivom 20, 47. vocis intentio in remediis est 28, 53. — cf. *sermo*.

X.

XANTHOS haematitidis gemmae genus 37, 169.

XANTHUS urbs et flumen Lyciae 5, 100. Xanthus Lyciae tertii circuli est 6, 214. — *Xanthus* Troadis amnis in Achaeorum Portum influens 5, 124. Xanthi iuxta Ilium amnis mirabilia 2, 230.

* XANTHUS citatur 25, 14 (XXV). XXVI.

* XENAGORAS citatur IV. 5. 129 (V). 7, 208 (VII).

Quiza XENITANA oppidum Mauretaniae 5, 19.

* XENOCRATES Ephesius (sive Zenonis. vid. 37, 25 coll. XXXVII)

citatur XII. XIII. XXXIII. XXXIV. XXXV. 36, 197. 37, 25 (bis), 27, 37, 40, 173 (XXXVII). — * *Xenocrates* Tisicratis discipulus, ut alii Euthycratis, utrosque vicit copia signorum et de artesua composuit volumina 34, 83. Xenocrates qui de toreutice scripsit XXXIII. XXXIV. Xenocrates qui de pictura scripsit 35, 68. — * *Xenocrates* medicus citatur 20, 155, 218, 227 (XX). 21, 181 (XXI). 22, 72 et 87 (XXII). XXIII. XXIV. XXV XXVI. 27, 89 (XXVII). XXVIII. XXIX. XXX.

XENON Sicyonius, Neoclis pictoris discipulus 35, 146.

XENOPHILUS musicus CV annis vixit sine ullo corporis incommodo 7, 168.

* XENOPHON dux de agricultura praecepit 18, 22. citatur XIV. XV. XVII. 18, 224 (XVIII). Xenophon symposium propter Autolycum scripsit 34, 79. — * *Xenophon* Lamspacenus citatur III. 4, 95 (IV). V. 6, 200 (VI). 7, 155 (VII).

XERXIS pater Darius 4, 76. Xerxes quomodo Dorisci dinumeraverit exercitum 4, 43. Xerxis copias hoc est VII. LXXXVIII hominum epulo excepit Pythius, stipendium quinque mensum frumentumque pollicitus 33, 137. Xerxis adventu Laodiceae platanus in oleam mutata est 17, 243. Xerxes Hellespontum iunxit ponte 4, 75. Xerxes montem Atho continenti abscidit freto in longitudine passuum MD 4, 37. Xerxem regem bello Persarum quod is Graeciae intulit, comitatus est Osthanes 30, 8. Xerxes cepit Harmodii et Aristogitonis statuas a Praxitele aere expressas, quas remisit Alexander 34, 70. Xerxis officinis se dedit Telephanes statuarius 34, 68. — *Xerxes* togatus cur Lucullus a Pompeio Magno appellatus sit 9, 170.

XIPHIAS cometes 2, 89. — *xiphias* sive gladius piscis qualis sit 32, 15. xiphias piscis mari peculiaris 32, 151. alii xiphian appellant eum piscem, qui apud alios thranis audit 32, 151.

XIPHION herba diversa a lonchitide, qualis sit et quem usum habeat in medicina 25, 137 seqq. xiphion alvom sistit 26, 44, enterocelicis prodest 26, 79, menses ciet 26, 156, podagras refrigerat 26, 101, urinam ciet infantibus 26, 79, veneris adpetentiam facit 26, 94, vesicae vitiis prodest 26, 79.

XOITES nomus Aegypti 5, 49.

XOXINAE Trogodytarum gens 6, 176.

XUTHON plebeiam sibi gemmam India parit 37, 128.

XYLENEPOLIS incerti situs condita ab Alexandro 6, 96.

XYLOBALSAMI usus ad cinnamominum 13, 15, ad Commagenum 29, 56, ad megalium 13, 13. — cf. *balsamum*.

XYLOCINNAMOMUM quid vocetur et quantum eius pretium sit 12, 91.

XYLON i. e. gossipion, unde lina *xylina* 19, 14.

XYLOPOLITAE gens Macedoniae 4, 35.

XYRIM vocant irim silvestrem 21, 143. qui usus eius sit in medicina et quomodo colligi debeat 21, 143.

XYSTIANI Cariae gens 5, 109.

Z.

* ZACHALIAS Babylonius in libris de gemmis quos scripsit ad Mithridatem regem 37, 169 (XXXVII).

ZACYNTHUS insula aliquando appellata Hyrie 4, 54, quantum absit ab Ithaca 4, 54. Zacynthium bitumen liquidum est 35, 178. a Zacyntho cum conditoribus Saguntum advecta Diana 16, 216.

ZAEUS sive faber piscis mari proprius 32, 148 (cf. *zeus*).

ZAGRUS mons prope Ctesiphontem urbem ex Armenia venit 6, 131. in Zagro monte („Scanchro" Palimps.) nascitur bratus arbor 12, 78.

ZAMAE in Africa fons est qui voces canoras facit 31, 15. Zamense oppidum liberum Africae proprie dictae 5, 30.

ZAMARENI Arabiae gens 6, 158.

ZANCLAEI Messeniorum gens in Sicilia 3, 91.

ZANCLE urbs Messeniae 4, 15.

ZAO promontorium Galliae 3, 34.

ZARANGAE Arianae gens 6, 94.

ZARASPADUM Arianae gentis oppidum Prophthasia 6, 94.

ZARATUS magus antiquissimus 30, 5.

ZARAX oppidum in sinu Argolico 4, 17.

ZARIASPA i. e. Bactra 6, 45. Zariaspe, postea Bactrum, Bactrorum oppidum a flumine appellatum 6, 48.

ZAROTIS flumen Susianes 6, 99.

ZATHENE gemma unde sit et qualis 37, 185.

ZEA, unde *ζείδωρος ἄρουρα* dicta in Campania appellatur semen 18, 82. zea ubi nascatur 18, 81. zeae sive seminis quanta vis in iugera serenda 18, 198. zea occanda, bis sarienda, runcanda est 18, 184. zea Africae degener qualis sit 18, 115. zea apud Graecos, cum sit degener, quomodo ad frumentum redeat 18, 93. e zea sive semine fit alica 18, 112 et 22, 124. ex zea Africae adulterina alica 18, 115. ex zea amylum 18, 82. zea qui utuntur, non habent far 18, 82. zeae farinae usus in medicina 22, 124.

ZEBADEI Arabes in Aegypto 6, 168.

ZELA Cappadociae urbs 6, 8.

ZELIA urbs Hellesponti 5, 141.

* ZENO citatur XVIII. * Zeno medicus 22, 90. — *Zenonis* libris responsurus Carneades saepius sumpsit helleborum album 25, 52. Zenonis unam statuam Cato Cypria expeditione non vendidit 34, 92. — *Zenonis* Xenocrates, cf. *Xenocrates*.

ZENODORUS statuarius, cuius statuae aliorum omnium statuas amplitudine vicerunt, quando vixerit et quae opera fecerit 34, 46 seqq.

* ZENOTHEMIS citatur 37, 34, 86, 87, 90, 134 (XXXVII).

ZEPHYRE insula prope Sammonium promontorium Cretae 4, 61.

ZEPHYRIA vocata Melos insula 4, 70.

ZEPHYRIUM oppidum Ciliciae 5, 91. Zephyrio quae fit molybdaena laudatissima 34, 173. — *Zephyrium* olim urbs Tauricae 4, 86. — *Zephyrium* olim insulam natura mari abstulit et Halicarnaso iunxit 2, 204. — *Zephyrium* promontorium in Bruttiis 3, 74.

ZEPHYRIA ova cur inrita appellentur 10, 167.

ZEPHYRUM Graeci vocant quem Latini favonium 2, 119 et 18, 337.

ZERBIS fluvius in Tigrim cadit 6, 118.

ZETHUM et Amphionem ac Dircen et taurum vinculumque ex eodem lapide sculpserunt Apollonius et Tauriscus 36, 34.

ZETIS Carmaniae oppidum 6, 107.

ZEUGITAE calami in Orchomenio lacu 16, 169.

ZEUGITANA regio Africae 5, 23.

ZEUGMA urbs transitu Euphratis nobilis a Seleuco condita, cui Seleucus ponte iunxit vicinam (cf. 6, 119) Apameam 5, 86. ab ea quantum absit Massice vicus 5, 89, quantum Oruros 6, 120, quantum Seleucia Babylonia 6, 126, quantum Seleucia Pieria 5, 67 coll. 6, 126. Zeugma urbs apud Euphraten catenam ferream habet, qua Alexander magnus ibi iunxit pontem, quae robiginem non sentit nisi qua parte refecta est 34, 150.

ZEUS piscis, qui et faber vocatur, Gadibus principatum optinet 9, 68. — cf. *zaeus*.

ZEUXIADES discipulus Silanionis 34, 51.

ZEUXIS Heracleotes apertas ab Apollodoro artis fores intravit audentemque iam aliquid penicillum ad magnam gloriam perduxit 35, 61. Zeuxis quando vixerit et cuius discipulus fuerit 35, 61. de eo Apollodori iudicium 35, 62. Zeuxis opes maxumas adquisivit operibus suis, quae postea donare instituit, quod nullo pretio satis digno permutari posse putavit 35, 62. quae pinxerit 35, 62 seqq. athletae suo subscripsit versum celebrem ex eo, invisurum aliquem facilius quam imitaturum 35, 63. cur reprehendatur Zeuxis 35, 64. quanta eius diligentia fuerit 35, 64. qui aequales et aemuli eius fuerint 35, 64. a Zeuxide gravitate superatur Nicophanes 35, 111. certamen Zeuxidis cum Parrasio, cui palmam concessit 35, 65. Zeuxis et figlina opera fecit 35, 66. quaenam eius opera Romae sint 35, 66.

ZIELA civitas in Ponto clade Triarii et victoria C. Caesaris nobilis 6, 10.

ZIGAE Sarmatarum gens 6, 19.

ZILIS, Iulia Constantia cognominata, urbs Mauretaniae, sed regum dicioni exempta et iura in Baeticam petere iussa 5, 3.

A ZIMARA ad Euphraten urbe quantum absint Dascusa et Sartona 5, 84. supra Zimaram Capotes mons, ubi Euphrates oritur 5, 83.

ZIMPIBERI, cf. *Zingiberi*.

ZINGI adcolunt Maeotim lacum 6, 19.

ZINGIBERI vel zimpiberi non est radix piperis arboris, ut aliqui existumavere, quamquam sapore ei simile est 12, 27. zingiberis effigiem habet cypira Indica 21, 117. zingiberi ubi nascatur, quale sit et quantum eius pretium 12, 28.

ZIZAMA oppidum Africae 5, 37.

ZIZIPHA, quae et Cappadocia vocantur, qualia sint 21, 51 coll. 15, 47. ziziphi folia cypros habet 12, 109. zizipha mala peregrina sunt 15, 47. quando in Italiam venerint 15, 47. zizipha grano seruntur Aprili 17, 74.

ZMANES Aethiopum oppidum, unde elephanti incipiunt 6, 180.

ZMARAGDACHATES, achatae genus 37, 139.

ZMARAGDITES mons iuxta Calchedonem 37, 73.

ZMARAGDIS tertia auctoritas post adamantem et margaritas Indicas Arabicasque perhibetur 37, 62. zmaragdis inter res, quae sunt intra tellu-

